


V
B J
C

M

SI

VAR

TH

DV

APV

MISCELLANEA SILESIACA CONTINVATA,

VARIISQVE

HINC INDE PRAESIDIIS ADORNATA,

COLLECTORE

THEODOR. CRVSIO,

DVCATVVM SVIDN. ET IAVRAV.

ADVOCATO IVRATO.

LIGNITII & LIPSIAE,

APVD

HAEREDES RORLACHIANOS,

cIↄ Iↄ cc xxvIII.

ILLVSTRI. MAXIME. QVE STRENVO

DOMINO

FRIDERICO GVILIELMO

A

SOMMERSBERG

INCLVTÆ. REIPVBLICÆ
VRATISLAVIENSIS
SENATORI. GRAVISSIMO
VIRO. INCOMPARABILI
ATQVE
BONO. HVIVS. SECVLI. NATO
NEC. MINVS
LITERATISSIMO
QVAM
LITERARVM
EORVM. QVE
QVI. LITERAS. COLVNT
FAVTORI. SVMMO

MISCELLANEA. HAEC
SILESIAE. CONTINVATA

L. M. Q.

OFFERT. ET. INSCRIBIT

THEODORVS. CRVSIVS.

SERIES
SCRIPTORVM.

I.

I.

IN INSIGNIA SENATVS POPVLIQ. VRATISLAVIENSIS CARMEN,

Ad
Amplissimum & Prudentissimum Inclytæ Wratislaviæ Senatum
scriptum
a

MARTINO RADECK,
Vratislaviensi,
Scholæ Magdalææ Collega.

VRATISLAVIÆ,
In Officina Typographica Crispini Scharffenbergii,
Anno Redemtionis Generis Humani
M. D. LXVII.


W

VNde feras gemini capita augustissima Divi,
Nigratamque Jouis volucrem, nexusque biformis
Literulæ, & niuei victricia Signa Leonis,
Hinc canere incipiam: modo Tu dulcissima rerum
Aspires Cœptis Patria, exiguumque laborem
Promoveas, faveasque tuis, Procerumque tuorum
Laudibus, ore pio tibi quas meditatur alumnus.
Maternum ob fastum regnis exutus avitis
Cluniaci nigri CASIMIRVS vela Cuculli
Induitur, Votum Benedicti & Sacra professus (1).

(1) De *Casimiro*, *Mieslai II.* Silesiorum Polonorumque Ducis filio, vide Ea, quæ dixi *P. I. Miscellaneorum p. 45. sq.* Mater vero illius erat *Rixa*, *Ehrenfridi*, Comitis Palatini ad Rhenum, ex Imperatoris *Ottonis III.* sorore *Mechtilde*, filia,

Inde redux, patriæ quam primum cepit habenas,
Multa pius delubra Deo construxit & aras (2).

Mysta-

filia, fœmina quidem prudens, magnanima & justa, minimeque ambitiosa, sed ob id inuisa Polonis, quod, cum ipsi propter ætatem filii teneriorem commendatum esset Regnum, Exemplo *Boleslai* Soceri, coërceret nimiam Licentiam Nobilitatis. In ista igitur Anarchia cum mulier prudens & sancta, sicut ipsi fatentur Poloni, Insidiis & manifesta vi se peti videret, ab iis cum filio in Germaniam recedit; vid. *Hankius de Silesiorum Rebus c. VIII. p. 216. sqq.*

(2) Inprimis Monasterium *Leubusinum* A. 1044. ad Viadrum amnem, duobus a Wolauia milliaribus, in honorem *S. Benedicti* exstruxit: Cui dotem satis amplam, Oppidum, Villas, perpetuum Piscationis, Venationis, Teloniique Jus addidit; Vid. *Idem l. c. p. 232.* & *P. I. Miscellaneorum p. 61. sq.* Steterunt autem *Benedictini* in hoc monasterio tantum usque ad tempora *Boleslai Alti*, qui loco eorum *Cistercienses* introduxit, simulque *Casimiri* fundationem munifice

per

Myſtarumque ſacrum cœtum, ſedemque verendi
Præſulis, a Smogræ Caſtro traduxit amœnos
Ad noſtræ colles Vrbis, regnator aquarum
Qua bifido latam pater efficit Odera cornu
Inſulam, ut unito non obſit Civibus alveo (3).

per adjectas nouiter ditiones adauxit. Atque ob hanc mutationem *Conditor* dicitur in Verſiculis Tumulo ejus ibidem adſcriptis:

Dux Boleslaus, honor patriæ, virtute deinceps
Cui par nullus erit, per Regna Polonica Princeps,
Conditur hoc loculo, locus, a quo conditus iſte,
Dæmonis ara prius tua tranſit in Atria, Chriſte.

(3) Conſule *P. I. Miſcellaneorum p. 179.* De quo etiam ſunt hi verſus:

Quondam per Monachum Regem Dominum Caſimirum
Eſt inſtitutus Wratislaus Pontificatus.

Hic etiam auguſtam tibi maxime condidit ædem
Agnifer ilignis trabibus, quam poſtea muris
Coctilibus ſummas duxit GVALTHERVS (4) in auras.
Nec tum turritæ ſtabant magalia BRESLAE
Vlla, ſed ex iſto primum Vrbs eſt tempore cœpta
Contiguis condi domibus, qua priſca BVDORGIS
Non dubiis apparebant veſtigia ſignis (5).

Epiſcopus XV. Electus anno 1148.

Mœ-

(4) Ex Equeſtri *Zadoreorum* familia hic erat oriundus, & quia res in Gallia, ſtudiis addictus, obſervatas in Sileſiam reſloreſcentem introducendas cenſeret: Hinc peregrini ſplendoris Amator Vratislavienſium Cathedrale Templum ex Ligneo Lapideum formavit, quale nunc temporis conſpicitur, XXII. annorum labore conſtructum; Vid. *Hankius l. c. p. 372.*

(5) *Budorgin* antiquitus appellatam fuiſſe Civitatem Vratislauienſem, doctiſſimi arbitrantur homines, præſertim cum *Ptole-*

Mœnibus hinc adeo data prima insignia nostris,
Impositum disco sacrum caput, illius olim
Herois desectum humeris, quo nulla tulerunt
Secula majorem, vel CHRISTO teste: puellæ
Quod saltatricis truncavit amore Tyrannus (6).

Caput S. Johannis Baptistæ.

Atque

Ptolemæi Budorgis ferme cum hoc situ congruat; Quia vero nondum inter illos, qui *Ptolemæum* ipsum interpretantur, lis composita, an *Budorgin*, an *Budorigum*, hanc nostram Vratislaviam asserere debeant, cum utraque fere sub eadem Poli Eleuatione appareat, *Budorgin* cum *ILL. Dn. Sommero in Lemmatibus Historicis ad Ducatum & Vrbem Vratislaviensem pertinentibus p. 57.* historica Veritate nostram facere haud audemus, sed Poëtarum Carminibus merito relinquimus.

(6) Divus enim *Johannes Baptista* iam sub ipsissima Euangelii has oras illucescentis auspicia, unanimi Majorum suffragio in Patronum electus fuit; Cujus in rei fidem plura affert argumenta *Rho-*

Atque utinam (quo Conſilio pia cura Monarchæ
Sarmatici inſtituit ſacra hæc Collegia quondam)
Divinis Salii rebus, precibusque vacarent!
Non tot ſummorum procerum, plebisque miſellæ
Audires gemitus ſacrato de grege paſſim.
Cujus nunc toti pietas innotuit Orbi.
Sed quid fœmineo ſibi vult diadema ſupinum
Suppoſitum Capiti? Capiti, quod luce coruſca
Divini cingunt radii, quod flava decorat
Cæſaries, nudique humeri, quænam iſta Virago?

Caput S. Dorotheæ (7).

Fallor

Rhonius in Epiſtola de Johannæis Vratiſlavienſibus Lit. F. 1. col. 2. ſqq. Conf. *P. I. Miſcellaneorum p. 180.*

(7) Non *Divæ Dorotheæ*, ſed *S. Johannis Apoſtoli* caput eſſe, *Hankius* monet *l. c. p. 143.* idque nos Interpres *Carolus V.* Impe-

Fallor an hoc ſanctæ Caput eſt illuſtre puellæ,
Divini a Grajis cui ſunt data nomina dohi,
Quodque ſtaro totam noſtri meminere parentes
Tempore geſtatum ſolenniter eſſe per Vrbem:
Vana ſuperſtitio veri dum neſcia Cultus
Ritibus injuſſis corda illaqueata teneret,
Relligionis enim Divæ huic ſacravit Amore

Tem-

Imperator in Privilegio docet, quo Inſignia Civitatis Vratislavienſis auxit, quodque *ILL. Sommerus l. c. p. 225. ſqq.* integrum exhibet. Interim tamen illud vulgo Virginis habetur Caput. Vt itaque hac de re certiores fiamus, avide expectamus eruditiſſimos *de Inſignibus Vratislavienſibus* Commentarios, quos diligentiſſimus patriarum Antiquitatum Scrutator, *D. Joannes Godefredus Baro*, fautor & amicus meus ſingulariter colendus, dudum parat.

Templum auguſtum, ingens, celſis ſublime columnis (8)
Arbiter Imperii, CAROLI, qui nomine QVARTI
Anno 1348. Gaudebat, cum ſepta Vrbis proferret, & ultra
Ripam Olæ poſitis laxaret mœnia rectis.
Doctior haud illo nec relligioſior ullus
Romulidum, aut regni geſtavit ſceptra Bohemi.
Nam quoties conferre ſimul divina reperta
Pectoris inter ſe placido ſermone ſolebant
Inſignes pietate Viri ſamaque celebres
Doctrinæ, ad Multæ ſinuoſa fluenta perennis,
Rega-

(8) Vide *Henelii Breslographiam p. 19.* & *Miſcellaneorum P. I. p. 44.* Olam enim fluuium Vrbem antea ambientem, illi adſcripſit, & inſigne illud *Dorotheæ Templum* trans illum A. 1350. ſecundum *Radeckii* Calculum A. 1348. & uti *Grisbecius* vult Anno 1353. exſtruxit.

Regales (res mira) dapes ne-
glexit, & ultro
Posthabuit, famulosque ad
prandia grata remisit,
Hanc Cœnam esse suam me-
moranda voce professus.
Sic pia Sarmatici Regis, Re-
gisque Sorabi
Cura olim gemini nox auxit
imagine Divi.
Nec Rex quadrupedum fe- Aquila
rus, aut regina Volucrum nigra.
Gentibus ex aliis nostræ mi-
grasse putentur
In Clypeos Vrbis. Nam dum
stirps clara PIASTI,
Eximia Heroës virtute ad Sy-
dera noti,
Seu Regum Diadema, Duca-
lem sive tiaram
Gestarent (utriusque etenim
se scindit ab uno
Sanguine posteritas generis)
concordibus armis
Assererent libertatem proavi-
taque jura,

Can-

Candentes Aquilas communia signa ferebant
Vnanimes. Magni sed postquam Cæsaris usa
Consiliis, regno se SLESIA tota Bohemo
Anno 1327. Addidit, ex illo niveus Jovis armiger ales
Tempore non uno mutavit terga colore:
Vt taceam reliquos, quos VRATISLAVIA dives
Est venerata Duces, totum nigredine corpus
Infecere suæ volucris (9), croceaque locarunt
Plani-

(9) Quam variam Viri fama & eruditione efflorescentes de Aquila nostra opinionem concipiant, videre est apud *Hankium l. c. p. 42. sq.* & *Rhonium l. c. lit. D. I. col. 2. sqq.* Horum aliqui cum *Radeckio* nostro sibi persuasissimum habent, Silesiæ regno Bohemiæ redditæ aquilam antea candidam ex odio in Polonos suborto in nigram abiisse. Verum falsissimum est, Ducibus Silesiæ, antequam Bohemiæ accederent, Aquilam

Planitie nigram, pedibus linguaque
rubenti
In curva expaſſis cui linea candet
in alis.

 80. Hoc

lam nigram in nullo Inſignium uſu fuiſſe. Apparet enim in tabula, *Aedi Bernhardinæ Neapolitanæ* Vratislaviæ a parte Septentrionem ſpectante affixa, *Heinricum Pium*, Ducem Lignicenſem, in proelio adverſus Tartaros A. 1241. ſuſcepto, Aquilam nigram in vexillo luteo ſuæ cohortis geſtaſſe. Præterea in Monumento *Henrici Probi*, Sileſiæ, Cracoviæ, Sandomiriæ Ducis, A. 1290. humanis rebus exemti, quod in Templo *D. Crucis* Vratislaviæ cernitur, apparent duo ſcutula, ſtatuæ Principis ex ære fuſi appoſita, quorum alterum luteum nigram Aquilam Luna argentea in pectore inſignem refert, alterum rubrum Aquilam albam ſiſtit. Hinc nemo dubio hærebit animo, ſub utroque inſigni Sileſiam atque Poloniam indicatam, quod usquequaque pro inexcuſabili habendum foret vitio, ſi tunc temporis Poloniæ & Sileſiæ Aquila colore ſe inuicem conueniſſet. Sic *Jaroslaum I.*, Ducem & Epiſcopum Vratisla-

80. Hoc insigne decens etiamnum Vrbs nostra Ducatus
Ostentat veteris, quanquam post funera SEXTI
HENRICI Ducibus propriis orbata, Bohemo
Paruit

tislauiensem, A. 1201. mortuum, Aquilam Silesiæ antea descriptam usurpasse, testantur Insignia Episcoporum Silesiæ, Subselliis Canonicorum Templi Cathedralis Vratislauiæ insculpta, atque in Choro a Cornu Euangelii & Epistolæ conspicua. Quo sedente longoque post tempore altum adhuc de Silesia Bohemiæ unienda fuit silentium. Quamobrem in eam cum laudato *Hankio* & *Rhonio* propendemus sententiam: Jam circiter Annum 1140., cum post *Boleslai III.* Cognomine *Distorti*, Polonorum Ducis, Excessum, divisis ad Poloniam pertinentibus Provinciis, ad ejus filium *Vladislaum* hæreditario Silesia jure transiret, *Aquilam* Silesiis a Polonica diuersam & inuentam & receptam fuisse: quam deinceps Silesiorum Duces, in Poloniæ Ducum Regumque discrimen, constanter ad ætatem nostram retinuerint.

Paruit Imperio promta & pa-
rebit in ævum (10).
Hinc etiam geminæ vibrans
vaga verbera caudæ
Acceſſit reliquis argentea for- Leo Albus.
ma Leonis,
Mœnia tutelæ quæ noſtra ſub-
eſſe Bohemi
Teſtatur regni, quod talis ſi-
gnat imago.

(10) Ducatum Vratislauienſem *Henricus VI.* adhuc vivus, ſalvo tamen ad dies Vitæ Dominio, acceptoque Glocenſis Territorii uſufructu, Bohemiæ Regno intulit, teſte Diplomate, quo *Joannes Lucenburgenſis*, Boëmiæ Rex, Ducatum Wratislabienſem Regno Boëmiæ illatum eſſe confitetur, quodque apud *ILL. Dn. Sommerum l. c. p. 209. ſqq.* legitur. Ipſe vero *Henricus* demum A. 1335. fatis ceſſit, ſepulchrum nactus ad *S. Claram* Vratislauiæ, cum hac inſcriptione:

M. ter. C. X. ter. V. noc Kath. mors rapit acer
Hen. principatum ſextum Wrazle Dominatum
Contulit extremis regnantibus ille Bohemis.

Te quoque Sentini Decus, alma Regula Juris,
BARTHOLE, Mæcenas studium ornavit iisdem
Cæsar imaginibus CAROLVS, dans terga Leonis

Carolus IV.

Punicei fulvo saltum meditantis in auro (11).
Tanto Rex tantus doctos dignatus honore est.

W.

Vltima literulæ geminatæ restat imago,
Hoc, quanquam impositis galeæ quondam hæsit in alis,
Inde tamen Clypeos elementum venit in imos,
Innumerisque datum est Vrbis notissima numis:

Aera

(11) Hic enim, referente *Jouio in Elogiis p. m. 25.* Virtutis Causa a *Carolo IV.* Imperatore gentilitiis Bohemiæ Regum Insignibus, quibus purpurei Leonis forma aurato in campo, cum bicipiti cauda salientis, exprimitur, donatus est.

Aera, tuum orditur quia VRATISLAVIA nomen,
Seu VRATISLAVS dederit tibi Conditor illud,
Cujus fama jacet densa jam nocte sepulta:
Sive Vado a Slavi mage BRATOSLAVIA dici
Debueras, magno teste atque Autore *Philippo* (12).

Sic igitur Patriæ cur quina insignia nostræ
Sint data, quidve velint, tenui describere versu

(12) Vide *Ejus Chronicon L. 4. p. m. 481.* De Litera vero *W.* quæ in Vratislauiensium Insignium Clypeo conspicitur, pluribus disserit *Hankius l. c. p. 143. sqq.* Vbi & *Mieslaum I.*, Silesiorum Polonorumque Ducem, Vrbi Vratislauiæ primum Conditorem statuit; Verum *Vratislauiam* adhuc *Mieslao* antiquiorem esse, solide evincit *ILL. Dn. Sommerus l. c. p. 59. seq.*

Juſſit amor patriæ, quanquam quo tempore, quisve
Contulerit primus, noſtras non venit ad auras.

Vos vero, O Proceres, tuque o Sacrate SENATVS,
Accipe placato vultu, facilique probato mente
Mente meum ſtudium, & me porro fidus, ut ante,
Præſidio tutare tuo, ſolitoque favore;
Sic tua venturo Reſpublica floreat ævo,
Cunctis aucta bonis, mundi dum fine ſupremo
Angelici revocet litui nos clangor ad aſtra.

II.

Narratio brevis ac perſpicua

DE

VRATISLAVIA SILESIAE METRO-POLI,

In

ALMO LYCEO VVITTEBERGENSI

publice

facta & peracta

a

DANIELE ILLMERO,

Vratislavienſi,

In Auditorio Majori Collegii Friderici

III. Non. Octobr. Anno cIↄ Iↄ c *XXVIII.*

Ἀναγράμμα:

LAVTA A VIRIS.

Salve Vrbs Elyſiæ! Elyſiæ ſalve Vrbium ocelle!

LAVTA! ſed a cultis non niſi LAVTA VIRIS.

VVITTEBERGÆ,

Typis Hæredum Salomonis Auerbach.

DEO DUCE.

Exordium. AEneas apud Maronem, *Rector Magnifice, Viri admodum Reverendi, Excellentissimi, Consultissimi, Experientissimi, Clarissimi, Præceptores ac Promotores magni, nec non Commilitones Nobilissimi, Præstantissimi ac Literatissimi, Promotores ac Fautores singulariter colendi*, Aeneas, inquam, apud *Maronem*, in magna tempestate de vita periclitans, exclamat:

Lib. I. Aeneid.

- - - O terque quaterque beati:
Queis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere!

Patria igitur nobis non in vita solum, sed etiam post vitam est gratissima & dulcissima. In vita dat vitæ subsidium, post vitam locum concedit quietis. Est & mihi Patria *Vratislavia* æque ac aliis grata ac dulcis. Hæc enim me genuit, nutrivit, fovit, & alimentum suppeditavit, & adhuc suppeditat.

Quis

Quis igitur tam ingratus, impius, & tam expers omnis humanitatis esset, qui, (si ea, quæ dixi, æqua mentis lance & trutina ponderare velit) non eam magis, quam se ipsum diligeret? Et quamvis pietas in parentes, liberos, cognatos sit permagna, adeo ut major esse non possit: Hoc tamen nemo, etiamsi velit, negare potest, quin major sit pietas erga Patriam; id quod *Ovidius* testatum facit, ita canens:

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos Lib. I. Eleg. IV de Ponto.
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Generosi etiam animi est exclamare: Amo liberos, sed magis Patriam. Nullus quippe casus est pro patriæ dignitate non ferendus. Imo, Patriæ tanta vis est, ut multi pro patria vitam profuderint, suosque filios necari jusserint. Exemplo nobis est *Aulus Fulvius*, qui filium ad *Catilinæ* Patriæ inimici castra euntem, in itinere deprehensum, necari jussit. Cicero Phil. 13. Cic. 1. Offic. Tusc. 5. Saluſt. in bello Catil.

Dionys. Halicar. Lib. 5. & Liv. Lib. I.

Prætereo *Brutum* Consulem, filios suos, qui Tyrannum *Tarquinium Superbum* reducere tentaverant, securi feriri jussit; Patriæ potius, quam proprii sanguinis causam agens. Silentio prætereo *Themistoclem*: qui maluit hausto tauri lethali sanguine mortem oppetere, quam contra Patriam Græciam, alioquin tanto viro ingratissimam, bellum inferre.

Plut. in vita Themist. & Valer. Max. lib. 5. c. 17.

Herod. lib. 7. Eurip. in Phœn. Justin. lib. 2. Herod. lib. 3. Plutarchus in Apopht. Hom. Iliad. O.

Non est quod adducam *Leonidem*, qui contra *Xerxen* Persarum Regem pro Patria se devovit. Omitto *Codrum*, qui, cum responsum fuisset Oraculo *Tyresiæ* vatis, *Thebanos Argivos* superaturos, si *Menaceus Creontis* filius Marti victima fieret, *Menæceum* se ipsum interemit. Omitto referre, quot pericula *Zopyrus* pro Patria sponte subierit. Hinc non immerito *Hector* ille *Homericus* Trojanos adhortatur, ut pro patria dimicare & mori sint parati. Et *Horatius* in Odis:

Dulce & decorum est pro Patria mori.

Nam

Nam ut omnibus bonis expedit: Salvam esse Rempubl. quæ portus & asylum est civibus universis, teste *Sophocle*; ita profecto nihil est suavius, quam bene rem gerere bono publico, & bene mereri de Patria.

Plaut. in captiv. act. 3. scen. 2. in pr.

Quippe quæ communis est omnium nostrum Parens, cui nos primum natura conciliat: & quæ omnes omnium charitates complexa est, ut non possit cognatio ulla propior esse, quam ipsius Patriæ: qua nihil dulcius, nihil amabilius, nihil charius esse debet: pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. Cum itaque omnibus sit definita mors: optandum est profecto magis, ut vita, quæ necessitati debetur, Patriæ potius donata, quam reservare naturæ, videatur. Quod sane qui faciunt h. e. qui mortem oppetunt pro Republ., & hoc modo chariorem sibi docent esse Patriam, quam semet ipsos: nunquam eos mor-

Cic. in Orat. Catil. Lib. I. in Senat. mihi c. 7.

tem

tem potius, quam immortalitatem affecutos puto. Siquidem pro brevi vita, memoria his reddita eſt vitæ perpetua.

Quo pertinet illud, quod omnibus, qui patriam conſervarint, adjuverint, auxerint, certus eſſe dicatur in Cœlo ac definitus locus, ubi beati ævo ſempiterno fruantur. O fortunata igitur mors Cæſaris *Gordiani*, quæ naturæ debita, pro Patria potiſſimum eſt reddita! Cæterum cum me non fugiat, quemlibet erga Præceptores, Parentes & Patriam gratum eſſe debere, de *Vra-*

Propoſitio. *tislavia* Patria mea dulciſſima ſine verborum gyro & molortho, ac latioris eloquii cothurno, ne ſtellas cœli dinumerare, mundi totius magnitudinem manibus metiri, & oceanum exhaurire velle videar, aliquid ſum dicturus. Facite igitur *Auditores omnium ordinum ſpectatiſſimi*, ut ratis mea aura benevolentiæ veſtræ ſublevetur, atque ſic ad optatiſſimum, quem ſibi propoſitum habet, portum perveniat.

Vratis-

Vratislavia a Ptolomæo *Budorgis* dicta est; Verum non facile adduci possum, ut credam, ut nec alii: quippe, cum Vrbem aliquam tum temporis eo in loco fuisse, doceri minime possit. Duglossus *Vratislaviam* a *Mieslao* Polonorum Principe primum conditam, ante annum Christi millesimum commemorat. Quam deinde *Vratislaum* Boëmorum Regem eo tempore, quo magnam Poloniæ partem subegerat, & instaurasse & denominasse, *Curaus* aliique contendunt. Vrbes autem nomina, cum aliunde, tum a Conditoribus sumere solitas, itemque ab iis, per quos vel amplificatæ sunt, vel instauratæ, nemo est qui nesciat. Hujusmodi rei non infirmum præbet argumentum duplex litera *V.*, quam Patria mea in insignibus suis in *Vratislai* honorem gerit, quemadmodum hoc *Carolus V.* in Privilegio Vrbi dato, confirmat (1) Origo.

Primum

(1) Tamen inde, monente *Hankio l. c. p.* 144,

Vetustas. Primum autem oppidum angusto admodum corpore ſine portis lapideis, & ſine muris fuiſſe; quos primum poſt irruptionem Tartaricam (2) ſtrui cœptos, ex Archivis urbicis & Annalibus Patriis apparet; Interiores nimirum illos, quorum, quæ hodieque perdurant reliquiæ, ambitum Vrbis olim multo minorem quam tempore hodierno fuiſſe, abun-

144., non ſatis certus quisquam ſubtilior Hiſtoriarum ſpeculator fiet, Vrbis *Vratislaviæ* primum Conditorem fuiſſe *Vratislaum.* Nam uſitatum Scriptoribus eſt, Vrbium conditarum *Inſtauratores* vocare *Conditores.* Sane *Carolus V. Wratislaum Vratislaviæ* non alia notione, niſi qua primum *Reparatorem* denotat, veritate ſalva, primum *Conditorem* dicere potuit.

(2) Facta eſt hæc irruptio A. 1241. Quo tempore Vratislavia parum adhuc munita erat. Hinc etiam Cives Vrbem, cum Tartari ad eam accederent, deſerebant & una cum Bonis ſuis in Arcem confugiebant, Domusque inflammabant; Vide *Curæi Annales ad A. 1241.* Confer infra *Sperlingii Vratislaviam defenſam.*

abunde teſtantur. *Carolus IV.* Imperator Pomœrium produxit, latiusque tunc Vrbis terminis poſitis ita amplificavit, ut iam nunc cum præcipuis Germaniæ contendat: formam habens rotundam, eamque ampliſſimam & ſpacioſiſſimam. Ambitum quidem murorum aliquanto majorem eſſe, quam Norībergæ, ſciunt illi, qui Geometriæ ſunt periti. Adhæc in nobili Sileſiorum Regione, ſi conſidero commoditatem loci, medium locum, quæ in meditullio & quaſi umbilico ſoli Sileſiaci eſt, obtinet *Vratislavia*, & ad quævis negotia rectius perficienda eſt accommodata. In pulcherrima neque minus ab aëris ſalubritate quam amœnitate commendanda planitie: Ex locis enim aſperis & montoſis plus incommodi ſentient incolæ, quam ex iis, qui ſunt in planitie; nam facilior in his commeatuum eſt ſubvectio.

Qua de re male ſuaſit *Dinocrates*, Architectus, *Alexandro Magno*, ut etiam ſupra montem *Athon* ur- Machiav. l. 1. diſp. 1.

bem

bem, ex qua incolæ nihil, quod ad vitæ ſuſtentationem faceret, obtinere poſſent, exſtrueret. In territorio quaquaverſum fœcundiſſimo, & quod adeo, aut florulentum pratis, aut conſitum pomariis, aut amœnatum lucis, aut amnibus irrigatum, aut interfuſum piſcinis, aut lini, cannabis, rubiæ, quibus præ tota Sileſia ager *Vratislavienſis* abundat, culturis diſtinctum, aut tritici, adorei, hordei, avenæ, milii, aliarumque frugum meſſibus circumdatum. Deinde *Vratislavia* ſita eſt ad Oderæ (cujus ſiniſtram ripam longo mœnium tractu occupat) & Olavæ intermeantis confluentes: a quibus dici non poteſt, quanta commoditas illi accedat atque oportunitas, quippe qui non modo incredibilem diverſi generis lignorum, ut trabium, aſſerum ſectilium, & id genus aliarum rerum, qua ad focos alendos, qua ad ædificiorum fabricas neceſſariarum copiam, variosque generum omnium commeatus in Vrbem convehunt:

Sed & molas frumentarias, Chartaceas, fullonicas, asserarias magno cum civium commodo versant plurimas.

Hæc Vrbs *Vratislavia* tam exquisita, tamque parabilis, ut non facile ulla reperiatur, cui hac in parte cedat. Tanta ibi loci est opportunitas, tanta Commeantium frequentia, tanta rerum omnium, ad Victum & amictum necessariarum, non ad satietatem modo: sed ad voluptatem copia: & quicquid uspiam nascitur, ita exhibetur affatim, ut quasi illic nascantur omnia, adeo ut nihil incolis desit, quo commode lauteque vivant. Si cervi, apri, lepores; si volatilium omne genus; si pisces lectissimi desiderantur, illic habentur: Si quem varia condimentorum ex altero orbe evectorum genera delectent, illic habentur: Si quicquid ad secundarum facit mensarum delitias, illic habentur: Si omnium gentium Vina, Cretica, Italica, Gallica, Iberica, Germanica, Vngarica, desiderantur, illic haben-

tur: ſin factitium Cereviſiæ potum quis malit, habebit, quæ illic coquitur, laudatiſſimam; neque Serveſtanam deſiderabit, non Tarantanam, non Goldbergenſem, non Laubanenſem, non Strigovienſem, ſed quas tamen omnes & præſtantia & ſaporis gratia longiſſime ſuperat, quam primo loco nominavi, *Vratislavienſis* (3). *Solum* etiam præcipua quadam *bonitate & fertilitate donatum eſt*; & fruges fert tanta ubertate, quanta vix ulla alia Germaniæ Regio. Sicut igitur Medi malis punicis, Arabes thure, Indi auro, Palæſtina olim Balſamo, alii alio in genere excelluerunt: Ita *Vratislavia* non in ſuburbiis modo horti, ſed & intra pomœria, amœniſſimi, fertiliſſimi, largum epularum uſum præſtant, & abundant arboribus & fructiferis & amœnis, utpote pomis, pyris, prunis, ceraſis, perſicis, nucibus, cotoneis, caſtaneis,

Fertilitas.

(3) De *Schepuſio* vulgo Schöps hic agit, cujus laudes vide *P. I. Miſcellaneorum p. 38. ſqq.* decantatas.

ſtaneis, amygdalis, vitibus, ficubus: nihil dicam de lupinis, ciceribus, phaſeolis, piſis, fabis, ſmilacibus aliisque leguminibus: nihil de herbis edulibus ac radicibus referam: nihil de liliis, roſis, violis, roſmarino, majorano, cypariſſo & multiplicibus aliis bene olentibus herbis coronariis & floribus. Inter quos quidem non ſolum coloris elegantia & varietate, ſed & odoris fragrantia ac ſuavitate principatum ſibi facile arrogant Phloges, flores propter coloris ſimilitudinem, cum caryophillis ſic appellati, nonnullis dicuntur lychnides coronariæ: quibus haud ſcio an uſpiam locorum gentiumve tantus a florum ſtudioſis adhibeatur cultus, magnitudine fœnoris cultorum laborem abunde compenſans. Quid dicam de Fluminibus? Amplum & illuſtre providentiæ divinæ documentum eſt fluviorum perennitas. Ad locum unde exeunt, revertuntur, ut iterum fluant, & intrent Oceanum omnes, uti videre eſt in his duobus præci-

Flumina.

Syrach. 40. v. 11. Eccleſ. 1. v. 7.

puis fluviis, inter quos unus copiose passim in urbe: alter extra urbem fluit, ambitioseque eam rigat, expurgans sordes & inquinamenta, quorum nomina sunt Odera (4) & Olava (5). Hæc *Vratislavia* nostra abundat etiam fontibus saluberrimis, proxime urbem inveniuntur aliquot scaturigines, unde aqua largissime promanat, & civibus multa commoda præbet: intus vero tam multi, cum publici, tum privati singulorum civium putei sunt, ut vix domus una ἄνυδρος seu aqua vacua reperiatur. Hæc fontium abun-

(4) De *Odera* fluuio euolue *P. I. Miscellaneorum p. 27. sq.* Et confer *Caroli Ferdinandi de Schertz*, Equitis Moravi Doctissimi, *Laconismum Philologicum de gemino fontis Oderæ loco situque*, quo fons Oderæ Moraviæ vindicatur.

(5) - - - *Ola, Budorgis*
Lustrator pulchræ, canente *Fabro in Sabotho*, oritur ad Münsterbergam, præteritque Heinrichau, Wansen, Klein-Delsse, Ohlau &c. & Vratislaviæ Oderam influit. Vide *Fechneri Sylvas Elysias p. 55. sq.*

abundantia, magnam parit commoditatem toti urbi; multi illic horti, multæ piſcinæ irrigantur, aluntur arbores, & omnis generis ſata. Nam non ſale, non pane, non tectis tam frequenter utimur, quam fontibus: Neceſſitati enim, utilitati, & jucunditati ſimul ſubſerviunt. Hinc *Vegetius*: magna, inquit, urbis utilitas eſt, cum perennes fontes murus includit. Quid dicam de *Pagis*? Pagos etiam in vicinia habet multos & proprios, non ſolum ſplendidis ædificiis exornatos & ampliatos: ſed pratis & fertilibus agris divites. Porro hæc Vrbs *Aedificiis* quam plurimis referta & amplificata eſt, adeo ut latiſſime ſeſe extendat. Si inſpicimus *Turres*, certe magnam Vrbi dignitatem faſtigiatæ conciliant: Nam ſine turribus murisque non auſi habitare *Thebani*. Inſpicite *Argentinenſes*, nonne ſingulari ædificio exſtruxerunt turrem (6)? nihil dicam

Arist. 7. Polit. 11.

Lib. 4. de re milit. cap. 10.

Pagi.

Aedificia

Turres.

Homer. Odyss. l. λ.

(6) Maxime celebris eſt in Germania *Turris*

dicam de *Viennensibus*, qui etiam artificiosissimam ædificarunt turrem (7). Hinc quibusdam etiam urbibus

ris *Argentoratensis*, de qua *Michael Beutherus* sic canit:

Torrida Pyramidum jactat miracula Memphis:
Commendat turrim laudibus alta Pharos,
Assyrii veterem jactant Babylona potentes:
Et Medi celebrant tecta superba Cyri.
Laudibus immodicis Ephesinæ templa Dianæ:
Tarpejas arces vulgus agreste canit.
Et Mausolæi celebratur fama sepulcri:
Quod Cares pridem cessa per astra ferunt.
Si tamen hanc spectes turrim: cogêre fateri
Illam Pyramides inter habere locum.

Confer *Reusneri Vrbes Imperiales p. 27. sq.* & *Schadeum in Descriptione templi Cathedralis Argentinensis c. 2.*

(7) Viennensis Austriæ turris St. Stephani A. 1340. sub *Alberto II.* exstrui cœpta & 60. annorum spatio, puta A. 1400, absoluta, gloria non multum inferior est; Vid. *Zeilerus in Itin. Germ. c. 13. p. 298.*

urbibus velut pœnæ loco impositum, ne turres habeant fastigiatas (8). Sed absit hoc a *Vratislavia*: quippe cujus in mœnibus turres sexaginta plus minus conspiciuntur, quæ opportunis locis haud imprudenter instructæ, ita serviunt propugnaculis, ut ad hostiles minas impetusque arcendos satis potens pollensque *Vratislavia* videatur.

Non omitto *Portas* novem, quæ ad firmitatem catenis, obicibus, ferratisque clathris probe munitæ sunt, utpote *Svidnicensis*, *D. Nicolai*, *Molendinaria*, *Viadri*, *Cæsaris*, *D. Matthiæ*, *D. Virginis* (9), *Lateritia* sive *Laterum*, & *Olaviensis*. *Dividitur* autem *Vrbs* tota in quatuor ῥύμας sive vicos aut regiones, *Viadrinam* videlicet, *Russam*, *Olaviensem* & *Novoforensem*: Singulis regionibus constituti sunt ῥυμάρχαι, id est, Præfecti vicorum, ad quos vel incendio vel tumultu exorto, vel alia ne- Portæ. Divisio Vratislaviæ.

(8) Evolve Anonymi *Statum Politicum seu Civilem Lib. I. p. 69.*
(9) Sive, *in Arena*, das Sand-Thor.

necessitate postulante, universæ ῥύμης habitatores accedant, ut singuli ῥυμάρχαι suæ Præfecturæ viros in locum sibi attributum, ad custodiendum puta forum, Curiam, templum aliquod, vel aliquam plateam, deducant. Quod ad interiorem attinet ornatum, viæ publicæ sive plateæ, sunt latæ atque protensæ, lapideoque omnes pavimento stratæ; inter cæteras autem est spaciosa juxtaque speciosa, quæ a *D. Adalberto* cognominata. *Templa* in editioribus ac celebrioribus civitatis locis, quæ splendorem aliquem & dignitatem habent, exstructa sunt; quorum est magnificentissimum Hierosolymitanum templum: eorumque ornamenta servanda sunt. Deo itaque sit laus, quod *Vratislavia* templa habeat frequentissima: Est *templum Elisabethanum* Anno 1253. exstructum, in quo puram religionem *Ambrosius Moibanus* primum docuit (10): Cui adsita turris

Templa.

(10) de quo vide *P. I. Miscellaneorum p.* 201. *sq.*

ris perſpicua, quæ vi tempeſtatis ſuperæ corruit in Vigilia D. Matthiæ Apoſtoli, ſecunda noctis hora Anno Chriſti 1529 (hiſtoria depicta eſt in templo) qua præter felem nemo læſus fuit (11). Inſignem habet turris campanam Anno 1508. fuſam, cujus ambitus eſt 14. Vlnarum Vratislavienſium. Eſt & auditorium in hac æde Theologicum, in quo depoſita *Nobiliſſimi Viri Dn. Thomæ Rhedigeri* Bibliotheca magna & exquiſita, bonorum librorum tam impreſſorum, quam manuſcriptorum copia refertiſſima (12). Non eſt,

 quod

(11) Fatalem hujus turris caſum deſcripſit carmine *Chriſtophorus Colerus*, Profeſſor Gymnaſii Eliſabethani Celebris, quod infra recudi curavimus.

(12) Pleniorem hujus Bibliothecæ Notitiam exhibent *Intimatio Aperturæ*, a Magnifico Senatu Vratislavienſi VI. Non Octobr. A. 1661. publicata, nec non *Jo. Gebhardi*, primi Bibliothecarii, *Encænia* ſive *Auſpicialis Oratio*, Vt & *Jo. Dan. Majoris Deſiderium de Nummis Rhedigerianis*, & *Celeberrimi Gottl. Krantzii Memo-*

quod omittam *Templum Marianum*, in quo ministerium purioris doctri-

næ

Memorabilia Bibliothecæ Publicæ Elisabetanæ Wratislaviensis, ubi & in Præfatione *de Illustri fundatore* pluribus agitur. Aditum vero Bibliothecæ exornat una cum imagine fundatoris Tabula ænea, cujus tenor ille est:

BIBLIOTHECA
QVAM CERNIS LECTOR,
ERVDITA INDVSTRIA
NOBILISSIMI
THOMÆ A *REHDIGER* ET *SLISA*,
CVJVS ELOGIA
ANGVSTVM HOC ÆS NON CAPIT,
FELICITER CREVIT,
ET A. C. cIↄ Iↄ LXXVI.
VIGORE TABVLARVM TESTAMENTI
VT PROPENSI ANIMI ERGA LITERATVM ORBEM
CHARACRER EXISTAT
AD PVBLICOS VSVS DESTINATA,
TANDEM VNANIMI CONSENSV
CLARISSIMÆ *REHDIGERORVM*
FAMILIÆ
REIPVBLICÆ
HOC PACTO PROPRIA CESSIT,

VT

næ *D. Joannes Heſſus* (13) piæ memoriæ Anno Chriſti 1525. inchoa-

vit

VT QVOCVNQVE MODO AVCTA
REHDIGERIANA
SEMPER AVDIAT,
IN COMMODO AC SECVRO LOCO
ASSERVETVR,
ET
SVB CVRA FIDI BIBLIOTHECARII
INDIGENÆ ET ADVENÆ PA-
TEAT,
QVEM ADFECTVM NOBILISSIMÆ
GENTIS
GRATO SECVM VOLVTANS
PECTORE
VRATISLAVIA
HOC MONVMENTVM FIERI CV-
RAVIT:
VIGEAT MEMORIA REHDIGERIANA,
ET TIBI LECTOR
EGREGIVM HOC EXEMPLVM
AD SIMILIA MVNIFICÆ CHARITA-
TIS OFFICIA
SIT INCITAMENTO.
ANN. CHR.
CIↃ. IↃC. LX.

(13) De quo evolve *P. I. Miſcellaneorum* p. 197. ſqq.

vit (14). Templum est monumentis conspicuum, *Baptisterion* insuper habet eximii operis (15) ut & *Suggestum* a *Friderico Grossio*, insigni statuario, ex alabastrite & marmore viridi ad Zobothum montem eodem auctore primum fosso, sculptum, & variis hinc indeque imaginibus exornatum (16). Neque vero parvum decus ejusdem templi est *Bibliotheca*, quæ Amplissimi Senatus & Privatorum munificentia adornata, publicisque usibus consecrata, omni genere librorum præstantissimorum indies

(14) Minime 1525. sed A.1523. d.25. Octobr. Dominica XXI. post Trinitatis festum primam concionem novus hic Pastor ac primus Veritatis Evangelicæ Præco in Aede Mariæ Magdalenæ sacra ad populum dixit. Vide *Polii Hemerelogion Silesiæ p. 402.*

(15) Miris laudibus effert hoc Baptisterion *And. Calagius* infra *v. 134. sq.*

(16) Adumbravit hoc suggestum succincto Carmine modo laudatus *Calagius*, quod infra dedimus.

indies augetur atque excolitur (17). Adnexæ templo sunt turres duæ exi-

miæ

(17) Primus Parens, hoc est primigenius hujus Bibliothecæ Conditor, extra dubium extitit *D. Jo. Hessus*; Cujus exemplum alii postea secuti, e parvis primordiis sensim crevit, & A. 1601. in ordinem redacta fuit, teste veteri Inscriptione:

BIBLIOTHECA
Sub
Præsidio ac Patrocinio Virorum
Nobilium, Ampliss. & Integerr.
Dn. DAVIDIS CÖSLERI Ordinis Senatorii
&
Dn. MICHAELIS FURST in
Kupfferberg,
Templi hujus Ædilium
Anno
MDC.I.
In Ordinem redacta:

Salve quisquis ades: Pratum tibi nobile monstro,
Quot flores, totidem cernis in arte libros.
Hic animum pasce: atque hic mella liquentia suge:

At

miæ & præcelsæ, quæ Anno 1568. reparatæ, cupreisque laminis tectæ. Quid

At nocitura tibi, quæso, venena, fuge.
Nosce DEVM, mentis fontem, tuque excole mentem,
Me, si vis, auge, sed spoliare, cave.

Postquam vero abhinc multorum Evergetarum summi, medii, imique subsellii, maxime vero *Wirbiano Zierotinianorum librorum Legatis* locupletata fuisset, laudatissimus senatus, commissa ejus negocii cura *Dn. Rudolpho Johnio* & *Alberto Bibero*, Templi hujus Aedilibus, Bibliothecam hanc non contemnendam, ad singulare Patriæ ornamentum, & gratæ posteritatis exemplum, Anno 1644. magnis sumtibus restaurari, armariis & Repositoriis ac variis insignibus imaginibus, tabulis Geographicis & Genealogicis illustrium Personarum ornari, & frontispicibus septem Græciæ Sapientum affabre formatis statuis illustrari, ac perennitati consecrari, atque adeo ex veteri, quasi lateritia novam & marmoream fieri fecit, ceu docet Bibliothecæ hujus Inscriptio nova:

Deo

Quid dicam de *templo Bernhardini*, in nova, quam vocant, urbe, ævi [illegible] propin-

Deo Trino & Vni
Ecce
BIBLIOTHECAM!
Quæ
Cum e parvis Primordiis
Senſim creviſſet
Ante Annos duos ac quadraginta
In ordinem redacta;
Deinde
Liberalitate Evergetarum
Maxime vero
WIRBIANO ZIEROTI-
NIANORVM LIBRO-
RVM LEGATO,
Aucta & Locupletata;
Inſuper
Favore & Magnificentia
Senatus Ampliſſimi
In hac Sileſiæ Metropoli,
Præſide Reipublicæ
Magnifico, Strenuo, Nobiliſſimo Viro
DN. STANISLAO AICHHEVSER
A LEONHARTWITZ, in
Protſch, Weida, Lihenthal,
Sacr. Cæſareæ Majeſt.:
Conſiliario,
Curatoribus hujus Templi
Strenuo,

propinquioris: Monachis Franciſcanis, qui velut regulæ Franciſci obſer-

Strenuo. Nobiliſſ. Integerr. ac
Honoratiſſ. V. V.
DN. RVDOLPHO JOHN A KOSEL,
Senatore atque Scholarcha;
DN. ALBERTO BIBER, SENIORE,
Opere & cultu ſplendidiore
Ad Patriæ Ornamentum
Et
Gratæ Poſteritatis Aemulationem
Reſtaurata,
Nec non
Artificioſis Septem Græciæ Sapientum
Statuis
Illuſtrata,
Publicæque Vtilitati conſecrata,
Bonis omnibus ingenuarum Artium
Cultoribus
Fruenda patet,
Anno Redonatæ per Chriſtum Salutis
cIɔ Iɔc XLII.

Hanc poſtea Oratione Auſpicali deſcripſit *Chriſtophorus Colerus*, primus Bibliothecæ Præfectus, *Vratislaviæ 1646.* 12. edita, ibidemque recuſa *1699. 4*. Confer *Valentini Kleinwächteri Ludum ſeptem ſapientum*, in Actu publico dedicationis

obſervantiores, *de Obſervantia* vulgo & *Bernhardiniani* a *D. Bernhardino* Senenſi Minorum inſtituti Reformatore appellantur, Anno 1453. inſtinctu *Joannis Capiſtrani*, *Itali*, a *Vratislavienſibus* exſtructo; Sed poſtea ejectis Anno 1522. palliatis illis & pallidis mendicabulis, in alios potiores uſus verſo: templo in Parochiam, monaſterio in Hoſpitale transmutato (18). Sed proh dolor! non poſſum non ſatis πανιλοθρίαν illius templi ſancti Bernhardi, nec non multorum hominum, qui incendio die 28. Junii ſtyli novi hujus anni circa horam primam meridianam omnibus bonis mobilibus &

nis Bibliothecæ citatæ exhibitum, & *B. Gryphii Characterem idonei Bibliothecæ Cuſtodis*, in quo recenſet Codices manu exaratos, qui ex ultimis Turciæ atque Perſidis oris huc pervenerunt.

(18) De hac æde ſacra pluribus *vide Cl. Pantkii* Lebens-Beſchreibungen der Breßlauiſchen *Præpoſitorum* und *Paſtorum* der Evangeliſchen Pfarr-Kirchen zu *St. Bernhardin* in der Neu-ſtadt, *p. 5. ſqq.*

immobilibus sunt privati, deflere, ita, ut qui ante erant Crœso fere ditiores, jam sint Iro pauperiores, & Eleemosynam petere, & apud alios adminiculum quærere cogantur. Qua de re recte *Ovidius* canit:

Irus erit subito, qui modo Crœsus erat (19).

Cætera templa, tam Pontificia, quam Evangelica, tum in Vrbe, tum in suburbiis, si recenserem, nauseam multo magis, quam desiderium crearem (20). *Fora*, cum aliis

Fora.

(19) Vid. *M. Joachimi Fleischeri* Christliche Predigt nach der grossen Feuers-Brunst, welche GOtt aus gerechten Zorn den *28. Junii A. 1628.* am Abend Petri Pauli über die Stadt Breßlau verhangen, in der wieder angerichteten Kirchen der grösten-theils abgebrandten Neustadt, zum ersten mahl wiederum gehalten den *24. Septembr.*

(20) Adi igitur *Henelii Breslographiam p. 11. sqq.* ut & *Taucheri* Verzeichniß derer Breßlauischen Kirchen, Nahmen und Anzahl, nec non *P. I. Miscella-*

aliis uſibus, tum nundinis hebdomadalibus, & anniverſariis, deſtinata tria: *Magnum*, in quo Curia, forma quadratum, & paribus fere in omnes partes intervallis productum, cui ambigas an ullum aliud, non dico in Sileſia, ſed Germania par ſit: poſtea *Salinarium* & *Novum*. *Hoſpitalia*, ut vocant, ſive *Xenodochia*, *Noſocomia Vratislaviæ* viſuntur complura, in quibus omnis generis ægroti, debiles, ſenes, ex fundorum contributorum reditibus, gratuitaque & collaticia civium ſtipe curantur & aluntur (21). Nec Hoſpitalia.

 deſunt

ſcellaneorum p. 46. ſqq. Locis enim, quæ divino cultui ſacra, nitet quam plurimis Vratislavia iisque magnificis & aliter atque aliter ſtructis atque inſtructis: In quibus dignitate atque opere primum templum Cathedrale *D. Johannis* in inſula, inter primas Germaniæ Baſilicas citra injuriam referendum, inſignique Canonicorum Collegio ornatum.

(21) Quibus ſcilicet curta ſupellex domi, nec ad perficiendum reliquum vitæ iter Viaticum ſupereſt.

desunt *Orphanotrophia* sive *Brebotrophia*, utriusque sexus orphanis pauperibus & exposititiis educendis educandisque, usque dum adoleverint, erecta. Adulti vel mercatoribus, vel opificiis mechanicis, vel liberalioribus studiis pro cujusque genio vel indole addicuntur. Puellæ vero in familias honestas ancillatum dimittuntur. Pro lue tabifica infectis aversa parte urbis in sinistra Viadri ripa *Valetudinarium* ante annos haud ita multos ædificatum est amplissimum: tam arduo & luculento opere, pomœrii latitudine, muro coctili, tecto lateritio, concamerationibusque, ut plurimorum nobilium arces & palatia longe superet. Inter profana Vrbis ædificia præcipua primo censenda loco *Curia Senatoria*, cui addita est turris egregiæ altitudinis, quæ Anno 1558. pulchriori specie cœpta restaurari, & altius educto fastigio, horologio insigni ornata est. In depressiori Vrbis, qui ad Oderam vergit, loco, *Arx* visitur, quæ vulgo

Curia Senatoria.

Arx.

Curia

Curia Cæsaris vocatur, in qua hodie Cameræ Silesiacæ Collegium Consessum suum, & perpetuos habet conventus (22). Nec *Armamentaria* involvere licet silentio, quorum *Vratislaviæ* duo, tam insigni instrumentorum omnium copia, tormentorum, mortariorum, lithobolorum, colubrorum, bombardarum, multitudine; rompheareum, lancearum, gladiorum, loricarum aliarumque munitionum & armorum omnis generis thesauro, facili usu, promtaque ad omnes necessitates expeditione sunt instructa. *Granaria* frumentis & rebus ad victum necessariis refertissima diversis eam ad rem destinatis locis aliquot sunt constituta: quæ quidem ingravescente annonæ caritate Amplissimus Vrbis Senatus, quasi benignus pater, misertus plebis egenæ ac tenuis aperire, frumentumque non quidem nullo, sed modico aut tolerabili saltem ære distribuere consuevit

Armamentaria.

Granaria.

(22) Quæ iam est Collegium Rev. Patrum e Societate Jesu.

vit. Non etiam prætereunda ſunt
Recepta-cula a-quarum. *receptacula* ſive *Caſtella illa aquarum*, in quibus ex Viadro & Olava aqua derivata magnis verſatilibus & excavatis rotis, aliisque machinis artificioſis ſurſum attrahitur, indeque per ſubterraneas formas tubasque in remotiſſimas Vrbis partes large diffunditur. Quantum ad res
Loca exercitiis gymnaſticis deſtinata. bellicas attinet, reperiuntur ibi *loca exercitiis Gymnaſticis deſtinata*, quæ balliſtis & ſclopetis, armorum genere hoc tempore præ cæteris uſitato, non tam in delectationem & pompam, quam Reipubl. bono ſtatis diebus habentur.

Aër. Ad *aëris proſperitatem* quod attinet, neſcio ſane an ulla Civitas cum Patria mea conferri poſſit: Habet enim aërem commodum ac ſalubrem, non nimis craſſum, non impurum, non turbidum, neque nebuloſum: nam ſi quæ in ea colliguntur ſordes, quibus aër infici poſſet, eæ a profluente aqua abſterguntur & conſumuntur. Hujus rei gratia valde commoda eſt ad habi-

tandum

tandum Civitas : indeque fit, ut raro inficiatur lue contagiosa, aliisque morbis noxiis. Quis enim nescit, quantum ad valetudinem tuendam, & ad ingenia moresque alendos atque formandos aëris ambientis salubritas ? Et contra, quam graves morbos pariat, quantumque aciem ingenii obtundat ejusdem impuritas ? Hactenus ea fere bona, quæ a natura *Vratislaviæ* commodata sunt, exposui ; nunc vero, cum mores etiam incolarum, qui naturæ bonis fruuntur, scire liberale sit, dicendum deinceps est, de statu vitæ & morum.

Plato illam urbem vere beatam prædicat, quæ Cives *bonis moribus* ornatos quam plurimos habet. Et cum hoc verum sit, certe *Vratislavia* beatissima erit, quippe in qua viget singularis urbanitas, comitas & humanitas, servatur mutua officiorum communicatio, cujusmodi sunt familiares congressus, colloquia, convivia, colitur affabilitas & concordiæ studium. Accepit et- Mores.

iam Silesia perinde ac cæteræ Germaniæ Regiones ex Musarum, quæ hactenus DEI beneficio feliciter ibi coluntur, convictu & familiaritate, magnam cum morum, tum ingeniorum culturam & expolitionem: adeo ut nunc humanitate, facilitate & mansuetudine cum quavis alia gente optime morata, certet. Quæ enim nunc regio est, quæ Civitas, qui pagus, qui non aliquid humanitatis ex familiari Musarum consortio contraxerit? Neque hoc mirum est: Ibi enim non possunt esse degeneres aut ignobiles animi, ubi Pallas nutrit scholas, in quibus docentur artes, quæ faciunt homines mansuetos & molles, juxta illud:

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Terra ipsa profecto, ne dicam homines, oppida, agri, aër, cœlum denique ipsum clementius multo factum esse videtur, quam antea, cum barbaries, inscitia & sævitia,

vitia, tanquam ſentes & tribuli omnia loca longe lateque implevere. *Status Politiæ Vratislavienſis* admodum conveniens eſt, & regitur a Magnifico Senatu, eſtque *Ariſtocraticus*: Reipubl. autem forma laudatiſſima eſt, & valde utilis civibus. Deliguntur enim conſenſu & ſuffragio Senatus perſonæ idoneæ, & quæ probatæ vitæ ſunt, quæquæ cæteros omnes antecedant, & tantummodo *Vratislavienſes* (quantum fieri poteſt) ad obeunda Reipubl. munera adhibentur. Etſi quidem multis ea animis infixa eſt opinio, etiam exteris patere debere aditum ad gubernacula Reipubl. tum quod hoc modo videatur tolli æmulationis ſtudium inter cives, tum quod vires illius ad quam gubernandam alienigena ſuam adjungat potentiam, augeri poſſit: tum denique quod illuſtria hujus rei paſſim exſtent illuſtrium Rerumpubl. documenta. Verum quantascunque illi rationes, & quæcunque exempla adduxerint, Status.

nunquam cum iis ſtatuam, extraneos in Rempubl. facile admittendos. Quemadmodum enim Veſpiliones, in quam domum veniunt, ſignum dant funeris: Ita Reipubl. labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini. Sunt enim πλεονεκτικοὶ, qui ſibi ſuisque tantum proſpiciunt, haud ſolliciti, quid de Regni & Reipubl. viribus fiat. Qua de re merito eligendi domeſtici, qui fideliores ſunt in Republ. adminiſtranda, quam peregrini. Hi morum animorumque Provincialium gnari melius curant res patrias: provocant ſubditos amore & benevolentia ad virtutis ſtudium & morum culturam, & denique auctoritate apud ſuos non mediocri valent. Quapropter amandus eſt hic ſtatus, & ſumma cura, ſi cui civitati contingit, conſervandus. In eligendis autem perſonis Rempubl. adminiſtrantibus proſpiciunt diligenter, ne tales eligant, quorum inquinat vel contemptui obnoxios reddit vitæ vilitas, & ſordidarum artium

Lipſius.

tium professio. Nec enim fieri potest, ut parvis & vilibus rebus occupati, sublimes & generosos Spiritus concipiant. Rejiciendi sunt illi, qui vitæ turpitudine inquinati sunt, & sine dedecore ruboreque in publicum prodire non audent. Amoveri debent illi, qui ob hæresin omnium in se concitant indignationem: illi enim prorsus ab honoribus exclusi esse debent. Tollendi ii, qui ære alieno nimis gravati sunt: Variis enim intenti sunt artibus, ut nexu illo sese liberent. Quod si pedem inferunt in Rempublicam, expilationibus student & imposturis: præsertim si sint Rerumpubl. debitores. Non admittendi, qui nimia paupertate oppressi, victum nocturno diurnoque labore sibi querere coguntur: suspecti enim esse videntur, cum egestas & male suada fames obcœcare homines soleant, adeo ut affectibus magis circumagi queant, quam divites. Hinc Peripateticorum Princeps Lacedæmoniorum Institutum da-

mnavit

mnavit, quod Ephori, quorum ſumma poteſtas in Republ. fuit, ex plebe crearentur: ex quibus nonnulli inopes; quantum in ipſis fuit, totam Rempubl. perdiderunt. Ambitioſi denique aditu ad Rempubl. prohiberi debent: multos enim falſos fieri ſubegit ambitio, magisque vultum quam ingenium bonum habere, hos libido maxima invadit Reipubl. capiundæ: neque id, quibus modis aſſequantur, dum ſibi regnum parent, quicquam penſi habent. Tales profecto noſtri non exiſtunt, quorum octo ſunt Conſules, & undecim Scabini. Conſules de ſumma gubernatione diſpiciunt, decreta omnis generis ad bonum civitatis publicum condunt, mulctas facinoroſis imponunt, & jus quoque ac ſententiam in cauſis Civium controverſis dicunt & pronunciant, ſed ut arbitri magis, quam judices: e quibus ſtatis temporibus, qui cæteris præſidet, & ſpecialiter Conſul audit, eligitur. Scabini judicia tractant & lites dirimunt, & faſtis diebus

bus causas judicant, inductam in judicium controversiam decidunt, quæstionibus & tormentis adsunt, crimina excutiunt, noxios puniunt, quibus vicariam operam, tanquam Judex pedaneus, præstat Vrbis, quem vocant, Advocatus. Neque vero exiguum civitati, vel præsidium vel decus & ornamentum a Scabinatu tribuitur, quippe cujus tanta est auctoritas, ut non modo jurisdictionem inter cives exerceat, sed ex dissitis etiam locis homines responsa a Scabinis *Vratislaviensibus* eorumque Assessoribus petant, quibus sententiæ suæ certi reddantur, & temere res tractare turbidas caveant. Amplissimus etiam Ordo *Vratislaviensis* Consultissimos atque Clarissimos sibi Viros adsciscere solet, qui cum & jura & leges teneant, tum, quod caput est, qui virtute, integritate & prudentia præstent. Qui quidem cum Senatui non modo in administranda justitia, sed tota Republ. gerenda, consilio adsint, perennesque apud Principes exterosque

que publicæ voluntatis interpretes, ac quaſi perpetua quædam memoriæ ac diſpoſitionum in Republ. ſint ſcrinia: magna & dignitate & auctoritate apud omnes pollent, liberalibusque Reipubl. ornantur ſtipendiis, *Syndicos* vulgo vocari conſuetudo obtinuit. Inferioris ſubſellii & ſubalternorum Magiſtratuum, publicas procurationes ſive adminiſtrationes habentium, ut & eorum, qui Senatui a Secretis, Libellis & Epiſtolis, magnum in tam ampla civitate eſſe numerum, vel me tacente, nemo eſt, qui non intelligat. Etſi autem hæc ornamenta, de quibus hactenus diſſerui, egregia ſunt, & magni facienda: tamen

Eccleſia. multo divinius eſt, *Eccleſias* & *Scholas* in civitate recte eſſe conſtitutas. Quid enim ſunt opes univerſæ in civitate ſine verbo Dei ſalvifico, quam inania θέλγητρα ſeu ludicra, quibus miſerum genus humanum deluſum ſaginatur, ſicut porcus, & ad extremum fit ferculum diabolorum exoptatiſſimum? Sed hæc *Vratisla-*

via

viæ laus est omnium maxima, ut Ecclesiam, sonantem doctrinam veram de Deo & Filio ejus Jesu Christo, habeat. Hac sola doctrina universa hominum constat societas: hic murus aheneus: hoc propugnaculum: hoc tutamen est. In hisce Ecclesiis Salvatoris ærarii cura magna habetur, cujus tutelæ præsunt Viri electi, dignitate & vitæ integritate conspicui, qui seria sollicitudine res administrant, statisque anni temporibus acceptorum & expensorum rationes reddunt. Cui accedit ærarium Eleemosynarium seorsim constitutum, eique præter quotidianas fidelium stipes in Gazophylacia injici solitas, ex piorum hominum ad pias causas relictis legatis atque aliunde certi reditus deputati, quibus colligendis & dispensandis optimates civium præficiuntur, Eleemosynarii vulgo appellati: Mendicis autem validis & otiosis, qui sibi inutiles, aliis graves, stipem ostiatim quærere minime conceditur. Nam si populum Israëliticum

Deut. 15. v. 4. inſpiciamus, nullus mendicantibus locus fuit: quod adhuc hodieque in ſuis cœtibus obſervant Judæi. Majores noſtri ubique gentium in civitatibus ſuis mendicantes non habuerunt, id quod laudatiſſimum & Reipubl. ſemper utiliſſimum, nemo

Scholæ. eſt qui ambigat. De *Scholarum* quid dicam *Conſtitutione?* Floruit multos annos *Gymnaſium Eliſabethanum* ſub eximiis ſtudiorum atque morum formandorum Magiſtris, *Dn. Nicolao Steinbergero* (23), *Dn. Martino*

(23) Qui fuit vir antiqua probitate, ac Græcis Latinisque literis perpolitus, adhæc in fundendis Carminibus feliciſſimus. Id quod, præter alia ingenii felicis monumenta, teſtantur Carmina in adventum *Rudolphi II.* Imp. ſcripta, & ab ipſo *Auguſto* tanto accepta applauſu, ut *Steinbergerum* non modo ſacro Poëtarum ordini addiderit, ſed & *poculo* inſuper *inaurato*, *aureis Hungaricis referto*, eundem ſit remuneratus, ceu refert *Jo. Gebhardus in Pietate Diſciplinari erga M. Eliam Majorem Lit. C. col. 2.* Obiit autem A. 1610. d. 27. Maji, ætatis

tino Weinrichio (24), *Dn. Thoma Sagittario* J. V. D. (25) quorum nomina

tis anno 67. Vide *Cunradi Silesiam Togatam p. 295.*

(24) Professoris munere hic functus est, & A. 1609. d. 24. Decembr. ætatis anno 61. fatis cessit; variisque scriptis inclaruit, quæ recenset *Wittenius in Diario Biographico T. 1. ad A. 1609.* Inprimis vero composuit *Commmentarium de Ludificatione Dæmonum, quam in rem de eo Cunradus l. c. p. 330.* sic canit.

Spectrorum larvas, Lemurumque ostenta revelans
Weinrichius, Physici nomine clarus ovat.

(25) His tam scriptis suis, quam multorum quoque memoria Celeberrimus Vir, prius in Academia Jenensi Methaphysices fuit Professor Publicus, de quo evolve *Zeumeri Vitas Philosophorum Jenensium p. 56.* & *Beieri Syllabum Rectorum & Professorum Jenensium p. 1008. sq.* Jena autem abiit An. 1616. Vratislaviam & ibidem Pausam vitæ fecit A. 1621. d. 21. April. æt. an. 44. Confer *CL. Pantkii Silesiam, Benevolam Virorum Insignium in Marchia Brandenburgensi Natorum Nutricem atque Fotricem p. 13. sq.*

mina ſunt ἐν ταῖς εὐλογίαις. Floruit etiam Rectore *Dn. Petro Kirſtenio, Med. D.* (26). Floret adhuc *Dn. M. Michaële Poll*, P. L. C. Rectore, & olim Præceptore meo ætatem colendo (27). Vt quondam ex equo Trojano multi viri armati: ſic ex hoc φροντιστηρίῳ multi Præſtantiſſimi atque

(26) Qui poſtea Vpſaliæ Medicinam docuit, ſimulque inter *Chriſtinæ* Auguſtæ Archiatros locum obtinuit. Obiit tandem d. 5. April. Anno 1640. æt. 63. Vid. *VVittenii Dec. Memor. Medicor. Renov. p. 112. ſq.* & *Molleri Hypomnemata ad Schefferi Sueciam Literatam p. 449.* Linguarum XXVI. fuit peritus, Arabicæque primus in Germania Inſtaurator audit *Andrea Acolutho in Delic. Obadiæ Armeni.*

(27) Quem hoc elogio mactat *Gebhardus l. c.*: M. MICHAEL POLL, *verus Gymnaſii noſtri, beneficio æterni præpotentisque* A & Ω, *Apollo, & eruditionis reconditioris quidam* Alcibiadis quaſi Silenus, *qui ſane pro more Silenorum veterum reapſe longe plura in animo clauſit, quam facies prima & habitus ſummus promiſit.* Denatus d. 13. Febr. A. 1631. ætatis anno 54.

atque Eruditiſſimi Viri, Theologi, Jurisconſulti, Medici, Philoſophi, Poëtæ, tum Viri quoque Politici prodierunt. Quid de Schola Magdalenea dicam? Ea Rectore *M. Johanne ab Hœckelshofen* ita floruit, ut vix ulla illarum (28): Scholam in Neapoli ad SS. non prætereo: Nam quondam Moderatore *Dn. M. Michaële Cœlio*, tum Præceptore meo æternum honorando, floruit (29), &, Deo benedicente, adhuc *Dn.*

(28) Hic munus ſuum tanta pariter induſtria & felicitate adminiſtravit, ut *Acroaterium ſuperius* inquilinos ſuos amplius non caperet, & propterea ampliandum eſſet. Aſt ei biennio ante obitum, qui accidit A. 1618. d. 25. Maji, paralyſi tacto, & ea propter honeſta dimiſſione, ſtipendiis haud imminutis, donato, ſucceſſit laudatus ante nobis *Michaël Poll*, Rector poſtmodum Gymnaſii Eliſabethani.

(29) Qui poſtmodum evaſit Gymnaſii Eliſabethani Con-Rector & Profeſſor Publicus, diemque obiit ſupremum A. 1622. d. 26. Jul. Anno ætatis 46.

M. Johanne Persio (30) florebit. Nemo itaque unquam existimet, parvi momenti esse, Rectoris Magistrique officium sustinere: Nam esse Rectorem Magistrumque juventutis in terra, est gerere munus Deorum, ut Plato loquitur. Et ut rem in pauca conferam: qui munus gerit educandi Juvenes, tam Magnatum, quam Plebejorum, gubernator est navis, vexillifer exercitus, speculator populorum, dux itinerum, Rector Regum, Pater Orphanorum, Spes pupillorum, & thesaurus omnium. Ne plane hoc loco prætermittam alumnos, quos in Academiis bene multos qua Senatus, qua tribuum, qua privatorum beneficentia liberalissime sustentat. Quod si Clarorum & omniscia scientia Magnorum Virorum, quos *Vratislavia*, vel ipsa peperit, vel alibi partos sinu suo aluit & fovit, Catalogum texere instituam:

Icariæ

(30) Hic oculos clausit An. 1656. die 11. Augusti Anno ætatis 64.

Icariæ numerum dicere coner
aquæ.

Et possem equidem superstitum quorundam, etiam in hac Academia Wittebergensi viventium laudes decantare, nisi scirem, magnis Viris nihil fere gravius esse atque molestius, quam si laudes suas prædicari audiant: Vivi enim probari volunt, sed mortui demum laudari. Et verendum mihi præterea esset, ne si unius atque alterius nomen efferrem, eos non tam laudare, quam alios non nominando despicere atque contemnere viderer; procul dubio venient posteri, qui nullo livore, rubore, nullo comite, magna seculi urbisque nostræ nomina, non moritura penna dignissima, nobili calamo æternitati consecrabunt (31). Ut tandem

 multa

(31) Id quod fecit *CL. Pantkius* in elegantissima *de Nobilitate Wratislaviensium Erudita* Disputatione, infra, bona cum venia *Dn. Auctoris*, adducenda, aliique, de quibus vide *P. I. Miscellaneorum p.* *131. sq.*

multa paucis complectar, experta
Bellum. eſt hæc urbs etiam *belli incommoda & pacis emolumenta*, non ſolum eo tempore, cum potentes tres Reges, *Matthias* Ungarus, *Caſimirus* Polonus, & *Ladislaus* Bojemus ad Urbem *Vratislaviam* exercitus adducerent, ut totis viribus de Sileſiæ & Moraviæ Imperio contenderent (32): Sed etiam aliis temporibus: ut in *Nobiliſſimi, Magnifici, ac Conſultiſſimi Viri, Dn. Jacobi Schickfuſii, J. U. D. Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, nec non Illuſtriſſimi Lignicenſium Ducis Conſiliarii, Fiſcique Regii per Sileſiam*, Annalibus Sileſiacis videre eſt (33). Sed grave
eſt,

(32) Summa capita belli illius minime tralaticii recenſet *Henelius in Breslographia c. 4. p. 29. ſqq.*

(33) Perverſa fata, ſive calamitates memorabiliores, quæ urbi Vratislavienſi acciderunt, enarrat quoque *Henelius l. c. p. 25. ſqq.* Quem prope de verbo, nulla illius facta mentione, exſcripſit *Illmerus noſter.*

eſt, & magno conſtat bellum gerere, præſtatque ſemper quocunque modo pacem quærere, quam ad arma proſilire. Quare nunc a bellis libenter abſtinet, & pacem, ſi fieri poteſt, colit; nec facile cum quoquam belli ſocietatem paciſcitur. Eſt autem laude dignum hoc ſtudium, vitandi occaſiones ſumptuum bellicorum, & omnibus rationibus pacem tuendi atque retinendi: bellorum quippe opera ſunt, homines interficere, templa ſpoliare, regiones populari, deprædari inſontes, licentiam dare furibus, diſtrahere amicos, excitare ſeditioſos, quorum nihil ſine maximo juſtitiæ detrimento & conſcientiæ ſcrupulo fieri poteſt. Hinc Plato refert, ſe interrogatum a quodam, quare tantopere Lydos celebraret, & Lacedæmonios vituperaret, reſpondiſſe: Lydos ideo ſe laudare, quod colendis agris ſemper occupati fuiſſent: Lacedæmonios vero ſe ideo vituperare, quod nihil niſi Lib. 4. de Leg.

regna populosque ſubjugare didiciſſent: Sibi enim felicius regnum vel urbs videri, ubi viri manus moderando aratro calloſas, quam brachia vibrandis haſtis enervata haberent. O veriſſima verba! Utinam hoc perverſiſſimo ac truculentiſſimo ſeculo portis cujuslibet Urbis, imo Magnatum Cordibus inſculpta eſſent. Sed Vrbs *Vratislavia* omni tempore, uti in propatulo eſt, hoc dictum obſervavit, & adhuc obſervat: Sequitur enim Redemptorem mundi, ex hoc mundo abiturum, & in Cœlum aſcenſurum, qui non dixit, bel-
Ioan. 14. lum relinquo vobis, bellum me-
v. 27. um do vobis: Sed pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Unde efficitur, veri Chriſtiani eſſe, pacem potius tantopere a Chriſto commendatam conſervare, quam bellum ulciſcendæ injuriæ ſibi illatæ gratia movere. In ſumma, qui Princeps eſt pacis, pacem amavit, pacem procuravit, pacem

pacem conſervavit, in pace vixit: Faxit DEUS, ut in pace Magiſtratus opulenti, & ſubditi felices fierent.

Sed plura de hoc argumento dicere temporis anguſtiis excludor; Sperans *Vos Auditores* contentos fore his Patriæ meæ laudibus, cum honeſtam originem, fertile ſolum, ſalubrum aërem, aliaque ad victum neceſſaria; Civium inſuper cultum, ædificiorum & morum elegantiam habeatis; & inprimis cum Reipubl. noſtræ ſtatus adcommodatus ſit, nec non in Eccleſia Verbum Dei pure ſincereque doceatur, in Scholisque juventus pie erudiatur. Sed quia longius evectus ſum, quam volebam, legam nunc littus. Concluſio.

Quare *Rector Magnifice, Viri admodum Reverendi, Excellentiſſimi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi, Præceptores ac Promotores magni, nec non Nobiliſſimi, Præſtan-*

tiſſimi, *ac Literatiſſimi Dnn. Commilitones*, *Fautores & Amici ſingulares*, qui mea ſtudiorumque meorum cauſa, ſepoſitis gravioribus negotiis, in hoc Virtutis ac ſapientiæ theatro comparere, & quæ de Patria mea molli Brachio, quod dicitur, attigi, benevole audire voluiſtis, gratias ago maximas, meque Vobis quovis officiorum genere in perpetuum obſtringo.

D I X I.



III.

Dissertatio Historico-Politica

DE

VRATISLAVIA SILESIÆ METROPOLI,

Quam

Auxiliante Deo

In Celeberrima Wittebergensi Academia

PRÆSIDE

Viro Clarissimo

DN. M. IOHANNE Lehmann,

Silesio, Præceptore, ac Fautore suo, æternum venerando,

Publicæ Eruditorum Ventilationi subjicit

In Auditorio Majori

Ad diem 13. Nov. Anno MDCLXIIX.

JOHANNES ANDREAS Mauersberger/

Vratislavia - Silesius,

AVTOR & RESPONDENS.

Ex Officina Typographica Johannis Haken.

I. N. I.

Προαύλιον.

QVemadmodum corpus humanum, abſente anima, ſceleton vermium ac hydrarum habitaculum eſt: Ita Vrbs, quæ bene conſtituta non gaudet Republica, ſpelunca latronum, &, uti B. Lutherus mundum appellavit, ſtabulum Nebulonum, dici poteſt. Vbi enim Domina Virtutum omnium, Juſtitia, quæ, teſte diſertiſſimo Juſtino, religione mixta multum ad incrementa populi facit, non viget, ibi (concordia cum res parvæ creſcant, diſcordia maximæ dilabantur) nihil proſperis rerum poteſt uti ſucceſſibus, ſed omnia prorſus ad interitum ruere coguntur. Quam felix autem e contrario Vrbs illa ſit, quam κειμήλιον bene conſtitutæ Reipublicæ exornet, dici nequit. Quando enim juxta illud Philoſophorum Coryphæi, Platonis, qui dicere ſolitus eſt: *Tunc demum Reſpublicas beatas fore, cum eas aut Philoſophi cœpiſſent regere, aut qui regerent Philoſophari*, docti & periti Viri in Republica clavum tenent, & unicuique ſuum, pœnas malis, & præmia bonis tribuunt,

buunt, illi, qui aliquem humana contemnere & pleno gradu ad divina properare docent, doctrinæ puritate & vitæ sanctimonia nitent, & cives ac incolæ debitam præstare obedientiam, &, ut Mureti verbis utar, in terris vitam Cœlestium imitari, sedulam collocant operam, terque quaterque beatam, Vrbs ista se jactitet necesse est. Habitat ibi, uti nobilis ille Judæorum historicus, Josephus autumat, dicens: *Cum quibus Justitia cum illis Deus est*, hujus Vniversitatis autor & effector, ipsos contra insultus tuetur hostium, & quicquid appetunt, largitur. Talis, *Silesiæ Metropolis*, *VRATISLAVIA*, cum sit, illam, quantum id quidem in nobis positum erit, delibare, animus est. Faxit prora, puppisque negotiorum omnium!

§. I. Cum omnibus in rebus ordine procedendum & imprimis a Nomine, uti cum Platone & Stagirites Philosophus censet, auspicandum sit, necessum erit, ut, antequam rem ipsam aggrediamur, Etymologiam VRATISLAVIÆ evolvamus. Certant vero hic maxime Scriptores inter se, ita tamen, ut plerique in ea versentur opinione, Vrbem nostram, *Budorgin*

dorgin antiquitus appellatam, a *Vratislao*, Boleslai filio, VRATISLAVIAM vulgo Breßlau nuncupatam fuisse, Ptolomæum jam suo tempore civitatis alicujus *Budorgis* vel *Bidorgis* mentionem fecisse, omnibus notum. Hanc vero, quia cum *Vratislavia* coincidit, eandem prorsus esse cum *nostra*, & a Principe Lygiorum, cui *Budorgis* vel *Bidorgis* nomen erat, primo conditam & denominatam fuisse *Curæus* & ex eo *Schikfusius* suspicantur. Interim *Duglossus*, diligentissimus alias Rerum Polonicarum Scriptor, Vrbem nostram a MIESLAO Polonorum Duce ante Annum Nativitatis Christi millesimum primum, exstructam fuisse, assertum ivit; Verum enim vero vetustissima monumenta & ædificia nonnulla, ad Viadrum hodienum quæ visuntur, quia antiquiorem ætatem evincunt, cordatiores scriptores de restauratione potius, quam prima exstructione id intelligunt. Et quoniam *Vratislaum* Bohemorum Regem ab eo tempore, quo magnam Poloniæ partem subegit, Vrbem nostram angustam initio, augustam præcipue reddidisse, ædificiisque quamplurimis ornasse, Annales Patriæ constan-

constanter referunt, *Vratislaum* hinc *Budorgin* a suo nomine *Vratislaviam* (quemadmodum Constantinus M. Byzantium Constantinopolin) appellasse, conjiciunt (1).

§. II. Fuit autem non tantus ab initio muri ambitus & splendor, qualis nunc cernitur, cum ab illa restauratione varie ampliata legatur Nostra VRATISLAVIA. Etenim post irruptionem Tartaricam summopere muris & portis lapideis corroboratam fuisse, & Archiva Urbis & interioris muri reliquiæ hodienum superstites, id ipsum abunde testantur. Nunc coctili muro circumdata, atque interfluentis aquæ fossatorum altitudine undiquaque munita, ut cum præcipuis Germaniæ Civitatibus contendat, imo secundum Mich. Piccar-

(1) Conditor Vrbis Vratislaviæ est incertus; *Mieslao* haud vetustiorem esse major Annalium numerus confitetur; Verum *Mieslao* antiquiorem illam adhuc esse, probatum ivit *Ill. Sommerus Lemmatum Historicorum ad Ducatum & Vrbem Vratislaviensem pertinentium c. 2. p. 59. sq.* Confer supra *Scholion* ad *Radeckium n. 12.*

Piccartum (*in Comm. ad Polit. Arist. Lib. 2. c. 8.*) palmam (cum sola Monaco communem sibi) omnibus cæteris quantum usquam in terra Germanica est Urbium præripiat. Portas probe munitas habet novem, & ultra sexaginta Turres, quæ opportunis in locis exstructæ, ad impetus hostiles arcendos non parum inserviunt. Formam habet ovalem eamque amplissimam & spatiosissimam. Ambitum Norimbergæ aliquanto majorem.

§. III. Sita est illustris hæc Vrbs in inferiori Silesia, meditullio & Umbilico quasi totius Provinciæ, planitie amœna & jucunda ad Viadri & Olæ Confluentes sub Virgine, & Mercurio, Climate 7. Elevatione Poli $51^{\circ}\ 7^{\prime}$. Longitud. $41^{\circ}\ 41^{\prime}$. Unde & aërem ibi non crassum, impurum, turbidum vel nebulosum, sed tepidum & aliqua ex parte cum Aëre in Italia (*Curæo* & *Schickfusio* testibus) convenientem esse, constat; Imo eandem propter Constitutionem Cœli, *Curæus* persuasum habet, & ingenia Silesiorum, præprimis autem Vratislaviæ, ut plurimum media inter sanguinea & Melancholica esse, atque ob id

id plerumque in illis, quæ doctrina & uſu non ſunt exculta; naturalem quandam triſtitiam, moroſitatem & δυσωπίαν cerni. Verum, ſi accedat cultura ex liberali inſtitutione & aſuefactione, non ſolum optime eſſe omnium artium capacia; Verum etiam accipere elegantem quandam dexteritatem, ad res magnas efficiendas. Hujus rei teſtis Communis ille Germaniæ Præceptor, *Philippus Melanchton*, ad *Henricum* Lignicenſium Ducem in epiſtola quadam ita ſcribens: *Non alia Gens in Germania plures habet eruditos Viros in tota Philoſophia: Et Urbs VRATISLAVIA non ſolum habet artifices induſtrios & ingenioſos cives peregrinatores, ſed etiam Senatum munificum in juvandis litterarum & artium ſtudiis.* Et paulo poſt: *Nec in ulla parte Germaniæ plures ex populo diſcunt & intelligunt doctrinas. Multi etiam ad Poëſin & Eloquentiam idonei ſunt; Urſini, Logi, Roſini, Langi, carmina doctiſſimi Viri in Italia laudarunt.* Amœnitate quoque inſigni Vratislavia gaudet non ſolum propter adjacentes ſilvas & hortos, ſed etiam propter Campum Martium, ante portam Viadrinam, ubi cives ſclopetis & tormen-

tis diſplodunt, ac alias res, quas ſingillatim percenſere, dies nos deficeret.

§. IV. Sicuti vero ſplendida Civitatis, tam publica, quam privata, maximum ornamentum ſunt ædificia: Ita non minus Noſtra de tali ornatu ſibi gratulari habet. Quam magna enim & egregia in ſinu foveat ædificia, liquido conſtat. Inter hæc autem & quidem ſacra, teſte *Schikfuſio l. 4. c. 8. p. 48. Annal. Sileſ.*, primum obtinet locum, *Baſilica* quæ vocatur *Johannea*. Hæc ab Epiſcopo *Walthero* Anno recuperatæ gratiæ 1154. exſtructa & ab Epiſcopo *Andrea Jerino, Suevo*, Theologiæ Doctore & Decano, Anno 1591. ara argentea ornata fuit (2). Hanc ordine ſequitur altera, quæ nomine gaudet *Divæ Crucis*. Hujus Conditor fuit *Henricus Probus*, Dux Vratislaviæ (3). Templorum Parochialium intra Civitatem vices primas ſuſtinet, *Templum Eliſabetanum*

(2) Non exſtructam, ſed ad id tempus ligneam muro fabricatam fuiſſe a *Gualthero*, & quidem 1148., ſupra jam monui ad *Radeckii Carmen n. 4.*

(3) Vide *P. I. Miſcellaneorum p. 48.* & *Bartholomæi Stenii Deſcriptionem Sileſiæ p. 164.*

num, quod Anno 1293. ædificatum inque id ipſum doctrina Evangelica per *Ambroſium Moibanum*, Celeberrimum Theologum, introducta fuit. Hic notandum, turris (quæ huic adſita & quoad longitudinem & craſſitiem omnibus antefertur) cacumen cum tecto Anno 1529. decidiſſe, neminem tamen præter felim, occidisſe (4). Quæ miraculoſa hiſtoria, ſub ipſa Turre in atrio Templi depicta & ſequentibus verſiculis incluſa eſt:

MIRABILIS IN ALTIS DOMINVS.
Collapſa eſt Turris Syloë madefacta cruore,
Pyramide hac noſtra nemo cadente perit.
Nam juſſu Domini exceptam, cui gratia ſoli,
Angelicæ molem, depoſuere manus.

Eſt & auditorium in hoc templo Theologicum, in quo hodie Nobiliſſ. *Dn. RHEDIGERI* Bibliotheca exquiſitis libris tam impreſſis quam manuſcriptis Numismatibusque antiquis refertiſſima reperitur (5).

(4) Confer *Coleri Carmen v. 16. ſq.* ibique *Scholia* noſtra.

(5) Conſule *Scholia* ad *Illmeri Vratislaviam n. 12.*

Templum secundum parochiale illud est, quod nomine *Maria Magdalenaum* venit. Hoc (cætera peplo silentii ut involvam ornamenta) Bibliotheca gaudet insigni, cujus foribus versus sequentes inscripti:

Salve qvisqvis ades, pratum tibi nobile monstro:
Qvot flores, totidem cernis in Orbe libros.
Hic animum pasce, atque hic mella liquentia suge
At nocitura tibi quæso venena fuge.
Nosce Deum, mentis fontem, tuque excole mentem,
Me, si vis, auge: Sed spoliare, cave (6).

Præter hæc, adhuc unum, apud Neapolitanos *D. Bernhardo* (7) consecratum. Illud, adhortante *Jo. Capistrano* Anno 1453. ab incolis Breslæ exstructum, & fratribus Minorum de Observantia concessum fuit. Qui tamen Anno 1522. rursus extrusi sunt & ex Monasterio Templum parochiale, ex

(6) Adi *eadem n.17.*

(7) Seu potius *D. Bernardino Senensi* sacrum; Vide *Cl. Pantkii* Breßlautsche *Præpositos p.5.sqq.*

ex Cœnobio valetudinarium factum est. Reliqua Monasteria, quocunque etiam veniant nomine, & *Gymnasia*, tum *Elisabethanum*, quam *Magdaleneum* ; e quibus omnibus tanquam e Durateo illo equo felicissimus doctorum hominum proventus; qui prima eruditionis fundamenta in Silesia posita ad summa deinde cujusvis doctrinæ fastigia perduxerunt, Ecclesiamque & Rempublicam, in partibus ejus sibi creditis, dextre ac feliciter gubernarunt, supersedere; animum nobis induximus. Considerandа enim adhuc sunt ædificia profana, quorum vices primas sustinet, Cultissima *Curia*, in maximo circo, quæ Turri excelsa & nimis artificioso exornata est horologio; *Arx Cæsarea*, juxta Viadrum, quæ muris, prævalidisque propugnaculis circumdata, & contra hostium insultus, dolos, technasque munita est (8). Non minus etiam duo Armamentaria, nec non Granaria, Domus monetæ, Xenodochia quæ intra Civitatem, & illud quod ante portam est, & nomen tenet ab undecim millibus puellis, ut & Cisternæ, Cel-

(8) Quam jam tenent Rev. Patres e Societate Jesu.

la Suidnicenſis & Libra. Privatas ædes quod concernit, adeo commodæ, venuſtæ, amplæ ac artificioſæ ſunt, præſertim in foribus, ut bene de illis ſcripſerit *David Sigismundus Caſſovius :*

Arcibus æquandæ ſunt, & ſunt turribus ædes,
Principis eſt magni Regia quæque domus.

§. V. Flumina quibus irrigatur Vratislavia ſunt *Viadrus* & *Ola.* Odera ſive Viadrus, vulgo **die Oder**, Sileſiacarum aquarum Regnator, oritur non procul a Vico cognomine, **Oder**, in Confinio Moraviæ & Sileſiæ, & per hanc, perque Marchiam inde ac Pomeraniam ulteriorem permeans infra Stetinum, auctior aquis factus, nomine ubique ſuo in Venedicum ſinum irrumpit. Currens Oſtram, Elſam, Oppam, Niſſam utrumque, Olam, Strobam, Weidam, Bartham, Boberum, aliaque minora flumina in ſe recipit atque exhaurit: & Oderbergam, Ratiboriam, Coslam, Oppoliam, Bregam, Noſtram Vratislaviam, Leubuſium, Steinaviam, Kobenam, Glogoviam, Beuthenam, Croſnam, Francofurtum & Stetinum, Vrbes oppi-

oppidaque non ignobilia præterfluit (9): Agris vicinis non inutilis, & piſcoſus affatim: Sed ubi vel largiori imbre, vel ſolutis nivibus intumuit, late per adjacentes campos

ſternit agros, ſternit ſata læta boumque labores
Præcipitesque trahit ſilvas.

Ola ſive *Olava*, vulgo die Olau, ad Monſterbergam oritur & Henrichoviam, Strelam, Wanſenam, Olaviam præterit: Vratislaviam intermeat, eandemque non modo incredibili diverſorum lignorum copia, ſed & piſcibus varioque omnis generis commeatu, magno civium commodo, juvat (10). Præterea fontibus Noſtra abundat ſaluberrimis, quippe cum proxime ante Vrbem & multæ reperiantur ſcaturigines, & intus etiam multi cum publici tum privati ſingulorum civium putei ſint, ut vix domus ſine aqua propria reperiatur.

§. VI. Victum itemque veſtitum quod concernit; Victus, uti in tota Sileſia, ita præprimis Vratislaviæ mundior

(9) Vid. ſupra ad *Illmerum* Scholion *n.* 4.
(10) Ibidem *n.* 5.

& elegantior, quin etiam parabilior, quam inter alias gentes. Ditioribus & Nobilibus ampliora prædia poſſidentibus victus dapſilior & precioſior, ut qui menſas cum altibus domeſticis, tum feris animalibus avibusque & piſcibus lautioribus, talibusque aliis, in quibus permagnus eſt aromatum, ſaccari, & aliorum condimentorum uſus, cumulate inſtructas habent. Nec oleribus exquiſitis eæ carent, aut bellariis, aliisque ciborum deliciis, ac cupediis non magis domi natis quam aliunde advectis. Ii vero, quibus modica culina eſt, aliis quidem utuntur cibis, ſed tamen adeo luxurioſe, ut minime mirum aut novum videri debeat, ſi nonnulli, comeſis patrimoniis, poſteris ſuis parum præter luctum & querelas relinquant. Accedit Cereviſia, quam vulgus adpellat Schöps, ac libenter bibit omnis plebs, & inter triticeos potus in Sileſia præcipuam laudem habet: De qua ſane nihil minus dici poteſt, quam quod de Cereviſia Teutonica Julianus Auguſtus in lepido & arguto epigrammate:

ἐις οἶνον ἀπὸ κριθῆς

Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε σὺ δὲ τράγον.

Potus

Potus enim ſapidus, gratus & jucundus, nec ſiti magis ſedandæ quam robori & ſalubritati quærendæ, præſertim ubi lupulo Salictario bene fuerit temperatus: qui eam ob cauſam plurimus ad vicinos aſportatur. Nec minus ea, quæ vulgo appellatur Weiß-Bier oder Stehr. Ut & Vinum, ex Hungaria, Auſtria & Moravia advectum. Nec non Rhenenſe, Rhœticum, Italicum, Hiſpanicum, Canarienſe & Creticum, quæ Vratislavienſibus iam olim Privilegii loco ab Henrico VI. Duce, conceſſa ſunt, daß ſie nicht allein eſſen und leben, ſondern auch wohl eſſen und leben mögen. Veſtitus varius eſt. Sæpe quippe pro tempore variatur cum qualitate tum forma & ritu. Nolumus autem nunc de his plura: Ne intempeſtive cenſorium opus objurgandis moribus ſuſcepiſſe videamur.

§. VII. Quemadmodum autem Civitas, licet pulchritudine pulchrior ſit, absque incolis, qui virtute ac pietate nitent, nihil eſt; Ita nunquam defuerunt, qui Breslam & Virtute & Pietate non ornaverint. Senatus enim, cui loco Symboli illud Ciceronis: *Nihil eſt omnibus re-*

bus humanis præclarius aut præstantius, quam de Republica bene mereri, sedulam semper collocat operam, Deo, quæ sunt Dei, hominibus, quæ sunt hominum, tribuere, ut hinc inde haud male scripserit Poëta:

Formosi pecoris custos formosior ipse.

Einer schönen Heerd' ein schöner Hirt
Am Rath zu Breßlau funden wird.

Ii, qui in statu Ecclesiastico vivunt, vita & doctrina aliis prælucent; Civesque nil nisi bonos mores, concordiam, & obedientiam erga Magistratum, amplectuntur. Liberi eorum, ab infantia statim virtuti assuescere incitantur. Pueri ad pœdagogiam & Magistros mittuntur, & primis literarum elementis imbuuntur. Puellæ etiam vel in Scholis vel domi vernacula lingua legere, literas pingere & numerare discunt. Adultiores puellæ, rei familiari & sexui consentaneis artificiis, qualia sunt, nere, acu pingere, texere, coquere &c. manus admovent.

Mares

Mares vero vel ad doctrinarum ſtudia, quibus Eccleſiæ ac Reipublicæ quandoque uſui poſſint eſſe, admoventur, vel militiæ, aut mercaturæ, aut opificiis mechanicis, aliisque manuariis artibus, aut Principum denique & Procerum miniſteriis ſeſe addicunt. Hinc inde tot eruditi, & ad omnes actiones humanas apti exſurgunt Viri, qui Patriæ magna cum utilitate præeſſe, ſeque in his terris immortales reddere queunt.

§. VIII. Nec minus etiam propter opes & Mercatus Vratislavia celebris eſt. Multi enim ſunt incolarum, qui Mercaturæ operam navant, & magnum & auri & argenti colligunt acervum; quibus loco Symboli illud illius puriſſimi ævi cupediis & delicatioribus venuſtatis antiquæ floſculis apprime affluentis non eſſe videtur: *Pecuniam in loco negligere maximum ſæpe lucrum*; Sed eruditiſſimi Scriptoris, elegantiſſimi Poëtæ, & Cenſoris morum liberrimi & acutiſſimi, Juvenalis:

Interea pleno cum turget ſacculus ore

Creſcit

Crescit amor nummi, quantum ipsa pe-
cunia crescit
Et minus hanc optat qui non habet.

Patresfamilias etiam, propter pecuniam, ingens generis humani bonum, rem familiarem diligentissime curant: adeo ut indesinenter laborent. Non autem solum Viri, sed etiam matronæ & matresfamilias; quibus plerisque pulcherrima diligentiæ æmulatione flagrantibus unum hoc studium est: Vt cum negotiis maritorum rationem parem faciant, eaque cura sua majora atque meliora reddant. Quapropter Vratislavia divitiis scatere & jure meritoque aurifodina dici potest. Quid multis? *Vratislavia* (Henelii verbis utor) *vulgo* Breßlau, *totius Silesiæ Epitome, & quasi umbilicus ac meditullium provinciæ, tantum reliquas inter Civitates, quantum, ut ait ille, inter viburna Cupressi: Et ob id non solum* ὀμφαλὸν, *quomodo Delphos olim* ὀμφαλὸν γῆς *dixere, sed &* ὀφθαλμὸν *Silesiæ immo* Silesiæ Silesiam *jure meritissimo eam adpellare, quodque de Bajis Martialis, hoc mihi de Vratislavia audacter citraque invidiam usurpare licet:*

Vt

Vt mille laudem Flacce verſibus Breslam,
Laudabo digne non tamen ſatis Breslam.

§. IX. Cæterum, Politiæ ſtatum quod concernit *Vratislaviæ*, adeo conveniens is eſt, ut propter eundem (*P. Bertio* teſte) *Sigismundus* Imperator Romanus eam non modo *Regulam morum, exemplar honeſtatis, nec non ſpeculum modeſtiæ humanæ; ſed & aliarum omnium Civitatum jubar quoddam ſplendidiſſimum* appellarit, tantoque elogio, Imperatore unice digno, ornare, haud dubitarit. Regitur Vrbs a Magnifico Senatu, in quo Præſidem (qui ſummam veluti Præturam, vel Dictaturam, partim jure ſucceſſionis partim electionis obtinet) Conſules, Triumviros, Octoviros, Decemviros, Scabinos, Ædiles, Tribunos plebis & id genus Magiſtratuum, quibus olim poſt exactos Reges, Romana Respublica utebatur, reperire licet. Præſes cum Conſulibus de ſumma gubernatione diſpicit, decreta omnis generis ad bonum Civitatis publicum condit & jus

jus in caufis controverfis arduis Civium ultimo dicit; Scabini judicia tractant, lites dirimunt, crimina excutiunt & inductas in Judicium Controverfias decidunt, atque ita omnibus civibus de falute eorundem profpiciunt. Sic magna authoritate, prudentia & virtute pollent ampliffimi Syndici, quos ampliffimus Ordo Vratislavienfis, in Republica gerenda, fibi adjungere & fæpiffime ad Clementiffimum Cæfarem ac alios Principes ablegare folet. Ita Subalternorum Magiftratuum adminiftrationes fuftinent & Confultiffimi Secretarii, aliique præftantiffimi a libellis & epiftolis Viri. Civium præterea quoque bene moratorum haut exiguus eft numerus, qui in varias tribus (quas Zumftas appellant) divifi, Senatui debitam præftant Obedientiam. Vnde ex his aliisque Vratislaviam noftram habere Rempublicam eamque Ariftocraticam, ut colligamus, non eft quid dubitemus.

§. X. Cæterum Reipublicæ vox, uti a variis varie, ita præcipue ab Ariftotele tribus modis fumitur & quidem vel

1. pro

1. pro omnibus rerum publicarum formis; rectis pariter ac vitiosis; vel 2. pro rebus publicis solummodo rectis; vel 3. pro statu justo ac toto populari, cui Democratia opponitur; proinde ne ambiguitas nobis imponat, pro varia acceptione Aristotelica monemus, eandem non sumi hoc loco in arctissima illa & nimis rigorosa significatione, qua Ordinem Civitatis cum cæterorum tum maxime ejus qui summam & absolutam potestatem habet; Ita enim nostra, quia superiori potestati est subjecta & ab Invictissimo Cæsare dependet, eo nomine insigniri haud posset; cum ne liberæ Imperiales hac ratione tales dicendæ, nec ulla in toto Romano Imperio Vrbs reperiretur eo modo, quæ Respublica posset appellari, si omnis Respublica deberet esse αὐταρκὴς & sui juris, præter Deum superius nihil agnoscens. Verum enim vero, cum Aristoteles citato in loco Rempublicam definiat habito respectu ad sua tempora, inter præsens & præteritum, sive id quod fuit & nunc est; caute erit distinguendum. Etenim imperium superioribus seculis quoad modum guber-

gubernandi cum longe aliter ſe habuerit, quam hodie, quid mirum? ſi etiam Respublica, ſalva ejusdem ſubſtantia, aliquando aliter atque aliter ſe habeat. Adeoque ex eo, quando hodie Civitas in Imperio Romano-Germanico a Superiore, cui Homagium præſtat, tenetur, hoc tantum infertur, quod eadem non ſit Respublica abſoluta, non vero, quod prorſus non ſit Respublica. Neque enim ex quovis Homagio colligi ſtatim poteſt municipium; quippe cum homagium fidelitatis non ſtatim inducat totalem ſubjectionem, exemplo Hamburgenſium reſpectu Regis Daniæ, ſed homagium tantum ſervitutis. Quocirca eſſentiæ Reipublicæ nihil derogat, ſi eandem ſenſu Ariſtotelico ampliore per Ordinem Imperantium & obedientium, quo Noſtra gaudet, definiamus, eamque Reipublicæ nomine inſigniamus. Ordinatio vero cujuslibet formæ, quia ſe maxime manifeſtat in potiore ejus gubernationis parte, quæ alias dominium dicitur habere, atque ab eadem poſtea nomen ſuum ſortitur. Proinde in Noſtra quia non potior eſt populus, nec ſumma Dominii penes unum, ſed pauci optimates

tes ad ſalutem publicam omnia dirigunt, Ariſtocratica Reſpublica optime dici poteſt. Vbi tamen iterum nobis contrariari videtur Ariſtoteles, Ariſtocratiam Imperium ſummum Optimatum vocans. Verum dicitur ab eodem Imperium propterea tantum, ut diſcernatur a ſocietate nude tali. Siquidem omnis Reſpublica ſocietas, non tamen omnis ſocietas Reſpublica, multo minus Imperium eſt. Sic Imperium ſummum eandem vocat, ut diſtinguatur Reſpublica a Municipiis, quæ ſimpliciter & abſolute Reſpublicæ dici nequeunt, cum hæc unice ab eo, cui nimis ſubjecta, pendeant, nec ullam poteſtatem habeant.

§. XI. Quemadmodum autem ſæpe fieri ſolet, ut non omnes in una familia vel in una Civitate unius ſint Religionis: Ita etiam comparatum eſt cum Vratislavia. Non ſolum enim ibi Lutherani, ſed etiam Pontificii ſunt. Lutherani, ex Clementia Potentiſſimi Cæſaris, libero utuntur Religionis exercitio, & Senatui debitam præſtant obedientiam. Ii autem, qui cathedræ Petri, quam fin-

gunt Romæ eſſe, plus juſto faventiores ſunt, liberum quidem Religionis quoque habent exercitium: Verum Senatui, quia Politici eorum, Perſonas Eccleſiaſticas a poteſtate civilis Magiſtratus, etiam Chriſtiani, & conſequenter ab Homagio exemtas prorſus eſſe, abſolute & *ἀδιακρίτως* aſſerunt, obedientiam denegantes, Epiſcopum, qui nullum agnoſcit ſuperiorem, Magiſtratum eorum eſſe, autumant.

§. XII. Talis igitur cum pernicioſus hos occupaverit error, Senatus, cujus maxima cura, Religionem, juxta illud illius Philoſophorum Coryphæi, Ariſtotelis: *Neceſſariæ curæ ſunt, circa rem divinam, circa rem bellicam, circa reditus publicos & impenſas, circa forum, circa Urbem, circa portas, circa Religionem*, propagare & tueri, videtur eſſe; ſedulam collocat operam, ut vera Religio, ſancta & illibata ſervetur, nec permittit, ut contagioſa hæreſeos lues veritatem divinam obfuſcet.

§. XIII. Hæc res autem eo felicius ut procedat, Sacerdotes, quibus, cum exul-

exulceratissimæ Reipublicæ character sit defectus Sacerdotum, doctrinæ & legis, Ecclesia carere nequit, vocat, & non solum in ditandis templis, sed etiam iis liberaliter sustentandis, adeo religiosus est, ut vix dici queat. *Clotarius* Rex Galliæ monile habuit: Cor punicei coloris in campo candido: Ex corde duæ spicæ promicabant; una a dextris aurea, & loco aristarum radios solares habens, cum Lemmate: *Et Luce & ardore.* Altera vero spica a sinistris adamantina, habens aristas æneas cum Lemmate: *Nec Luce, nec ardore.* Prima spica pietatem notat fervore & luce boni exempli splendidam. Secunda Magnanimitatem significat, quam nec ardor adversitatis, nec lux prosperitatis potest evertere. Tale monile & Senatui est. Pietatem enim, quæ, teste Poëtarum latinorum Antesignano, Virgilio,

- - - - *homini tutissima Virtus,*

plus auro semper deamat obryzo, æqua animi lance secum trutinans illud Philosophorum quem Roma vidit Maximi: *Nulla vis major Pietate vera est.* Nec

 mirum;

mirum; ut enim uniones: tametsi in mari nascuntur, tamen plus habent cognationis cum cœlo, cujus faciem reddunt; Ita pius ac generosus animus magis a cœlo pendet, unde ducit originem: quam a terra, in qua vivit.

§. XIV. Cum autem ad res sacras, ad rerum divinarum procurationem, uti loquitur Aristoteles, non solum sacerdotes, sed etiam scholæ, quæ cor Civitatis, & earum ministri pertineant, Senatus quoque, quia sunt Pietatis omnisque liberalis doctrinæ officinæ, eas conservare, propagare, atque tueri, enixe operam navat. Testantur enim id duo Gymnasia, & Elisabethanum & Magdalenæum, ex quibus, tanquam ex fonte quopiam, vel equo trojano, multi præstantissimi Viri, Theologi, Juris Consulti, Medici, Philosophi, Philologi & Poëtæ nullo non tempore sunt egressi. Immo Senatus bonis literis & studiis adeo favet, ut & Academiam, Theatrum pulcherrimum ingeniorum atque virtutum, erigere olim voluerit; idque in effectum diduxerit, nisi hoc ipsum invidia Polonorum aliorum-

que

que malevolorum impedivisset (11). Bella tandem Nostra etiam experta est varia, non solum eo tempore, quo tres potentissimi Reges, Hungarorum *Matthias*, Polonorum *Casimirus*, Bohemorum *Ladislaus*, exercitus huc adducentes de Silesiæ Imperio contenderunt; sed & aliis temporibus, præcipue tricennali præterita Armorum rabie: Nec tamen usquam, non sine singulari infinite Maximi Numinis Providentia, expugnata est. Hæc plenius declarare possemus. Sed quia obstat pagellarum angustia, nobisque illud in mentem venit: *Vino vendibili non opus est suspensa hedera*, finimus cum verbis *Johannis Michaëlis Bruti*, ad *Andream Dudithium*, Episcopum in Hungaria, ita scribentis: *Vratislavia Silesiorum est Metropolis, in qua constituit Deus Exemplar unicum justissimæ civitatis & moderatissimæ, ubi viget lex & Magistratus Authoritas, honos virtuti habetur, nequitia plectitur, non per-*

 sona-

(11) Vid. *Curæus p. 223.* & *p. 280.* Ut & *Henelius Silesiogr. Renov. c. 6. p. 699.* Jam autem Academia a *Divo Leopoldo Imp.* A. 1672. fundata, Vratislavienses, licet inviti, gaudent.

ſonarum ſed rerum diſcrimen decernit aut præmium, aut pœnam, ut neque nobilitas, genus, divitiæ, ſint improbitati ſubſidio, neque a præmio, obſcuro loco emerſa, arceatur virtus. Beata vero Civitas, quæ cum inter multas Opulentia, Opibus, frequentia & numero Civium excellat, ita optimis legibus temperata viget: Vt in ſingulis Civibus univerſæ Civitatis Majeſtas, in Civitate univerſa privatorum Temperantia, pudor, gravitas, quaſi uno adſpectu conſpiciatur. Equidem haud videar mihi plus æquo tribuere, ſi id dicam, quod res eſt, me Italiam luſtraſſe, Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Angliam, Regiones fere omnes, unde ſumi documenta certa, ad vitam recte & cum laude agendam, poſſint: neque adhuc, cum non ita multæ ſint, quæ hanc Civilibus aliis ornamentis æquent, quæ opibus & potentia præſtent, perpaucæ, ullam usquam hac una graviorem, ſedatiorem, temperatiorem videre licuiſſe: id quod optimis gentium inſtitutis, privatorum moderationi & æquitati eſt tribuendum.

F I N I S.

IV.

IV.

CHRISTOPHORI COLERI,

Professoris Gymnasii Elisabethani,

CARMEN,

IN FATALES TVRRIS ET TEMPLI ELISABETHANI VRATISLAV. CASVS.

VRATISLAVIAE,
Typis Baumannianis exprimebat
Godofredus Gründerus.

VT mortalis homo sua habet cunabula primum,
Crescit, & exutis primævi floris ephebis,
Robur, & ætatis, capit incrementa virilis;
Hinc Senis ad brumam declinat inertibus annis;
Languet & ægrotat, vel morbis convalet idem,
Atque reviviscit membrorum flore recepto,
Donec erit funus fatis urgentibus atrum.
Sic æquata rotis fortuna volubilis errat:
Incipit, & crescit, floretque, senescit, obitque,
Gentibus omnigenis sub cœli cardine utroque,
Vrbibus excelsis, templis, ac turribus altis.
Hoc docet exemplum Turritæ molis apricum,
Elisabes Aedis caput ultra sidera tollens;

Qua-

Quæ cœpit primum conſurgere culmen ad iſtud,

Et poſt ſex meſſes tetigit ſic vertice cœlum.

Anno 1452. d. 16 April. Turris Eliſab. cœpta & 6. annis perfecta (1).

Sed poſt luſtra decem ferme, ſi quattuor addas,

Solemni *Divo Matthiæ* luce dicata,

Nocte intempeſta ventorum turbine ruptus,

Inclitus, incolumi reliquo ſed corpore, vertex,

In tres diſſiliens partes, ceu fulmine tactus;

A. 1529. d. 24. Apr.

At ſine cæde hominis, vel tecta trahente ruina,

Aligerum manibus quaſi deportatus in auris,

Trans ſibi vicinas mire compactilis ædes

G 5 Cor-

(1) Vid. *Henelii Breslographia c. 3. p. 13.* & *Polii Hemerologium p. 141.*

Corruit, ad Libram medii in ſinua-
mine Circi (2).

25. Sed

(2) Hiſtoria illius ruinæ, qua præter felem nemo læſus fuit, in templo depicta eſt, cum his ſubſcriptionibus:

D. O. M. S.

Collapſa eſt turris Siloë madefacta cruore,
Pyramide hac noſtra nemo cadente perit.
Nam juſſu Domini exceptam (cui gloria ſoli)
Angelicæ molem depoſuere manus.

Ambroſii Moibani D.

Item:

Anno 1529. am Abend *Matthiæ Apoſtoli*, ums Zeigers zwey der gantzen Uhr zu Nacht, iſt das Bleyene Dach des Kirch-Thurms allhie ſammt den Gehültz, Knopff, Spill und Creutz biß an den Umbgang oder Krantz, in alles 119. Elen hoch, durch Ungeſtümigkeit des Wetters abgefallen,

Sed vice collapſæ ſurgit nova machina, partis,
Numinis auſpicio ſummi curaque Senatus. Anno 1534. (3).
Dum reparatus apex truncato in corpore proſtans,
Hoc nitido enituit vultu, formaque rotunda,
Ære ſed obductus, ne fors injuria cœli,

Aut

---

len, durch welchen Fall und groſſe Laſt doch niemanden einiger Schade oder Gefahr zugeſtanden. GOtt ſey Lob und Danck für ſeine wunderthätige Barmhertzigkeit in Ewigkeit, Amen.

Evolve *Chytræi Delicias Variorum Itinerum p. m. 313.* & *Polii Hemerologium p. 76.*

(3) Secundum *Henelii* vero Calculum, Culmen, quod nunc conſpicitur, ei A. 1532. impoſitum fuit. Confer tamen *Polii Hemerologium p. 265.* utpote qui a partibus *Coleri* ſtat, & itidem A. 1534. habet.

Aut Jovis ira ferox, aut flamma exorta noceret.
Sic bene curatum sanato in corpore vulnus!

Turris ad exemplum vicini machina Templi
Nata, gradu crevit lento (4), decrevit eodem,
Temporis & tractu fatalia vulnera sensit.
Principio excussis elisus nubibus ignis
A. C. 1497. Afflatu tetigit penitrans Altare supremum,
Et suspensa tholi ducta testudine firmi
Organa, quæ magna perierunt parte perusta (5).

Dupli-

(4) De Exstructione & fundatione hujus templi consule ea, quæ habet *Cl. Pantkius in Vitis Pastorum & Inspectorum Vratislaviensium p. 1. sqq.*

(5) Vide *Polii Hemerologium p. 258.*

Duplicis aſt operis confracta a fulminis ictu
Organa, recreſcunt ſenſim, renovata ſagacis A.1514.
Ingenio artificis, manuumque labore piarum.
Ac cum tempus edax rerum, & longæva vetuſtas,
Et mors coctilibus veniat feriſſima ſaxis,
Aut fractura ſua compages mole laboret,
Et cunctis fato ſtructuris terminus inſtet:
Nondum tranſierat verſatilis Orbita ſecli,
Cum ſemiſſe novi cum Sirius æſtuat auris,
Finito ſacro Myſtæ ſermone diſerti,
Cujus materies fuerat ſtructura Sionis
Myſtica, dimiſſoque fere tum congrege cœtu, Anno C. 1649. d. 10. Aug.

Ecce

Ecce ruit fragili tibicine rupta columna;

Sed sine cujusquam jactura aut cæde propinqui (6).

Ac

(6) Hujus fatalis casus mentionem injicit laudatus *Pantkius l. c. p. 56.* in Vita *D. Ananiæ Weberi* his verbis: *An. 1649.* den *10. August.* am Tage *Laurentii*, Morgens zwischen 9. und 10. Uhr, da nicht lange vorher erst noch viel Leute in der Kirchen gewesen, ist auf der Mitternächtischen Seiten der Kirchen zu *St. Elisabeth* ein Pfeiler, daran die grosse Orgel befestiget war, und folgenden *14. Aug.* gleichfalls umb 9. Uhr, (unerachtet durch der Becker und Kretschmar Gesinde solch Pfeiler abgetragen, und von denen Zimmerleuten grosse Stützen untergesetzt worden,) noch 2. andere Pfeiler in selbiger Reihe, an deren einem der Predigt-Stuhl gestanden, eingefallen wodurch nicht nur viel *Epitaphia* zuschanden, sondern auch die grosse Orgel, und damahliger Predigt-Stuhl *ruiniret*, die kleine gegenüberstehende Orgel, das

Ac ruptura licet firmis suffulta columnis
Multa congerie ligni, strüibusque subactis,

55. Ne

das Banckische Chor, der Raths-Herren Gestühle, und die Capellen hinter denen Pfeilern, gantz unbrauchbar gemacht worden. Dieser Ursachen halber wurde der sonst bey dieser Kirchen übliche GOttes-Dienst in die Kirche zu *St. Barbara* verlegt, und daselbst so lange gehalten, biß man nach geschehener Wiederaufferbauung zum ersten mahl *Dominica Esto mihi* den *16. Febr. An. 1652.* aufs neue in der Elisabeth-Kirchen den GOttes-Dienst halten konte. Confer *Hoffmannswaldavii Poëmata miscella p. 30.* ubi intuitu hujus fatalis casus in hæc prorumpit verba:

Mit starcken Krachen brach der Bau des HErrn ein,
Die Pfeiler gaben nach, die Balcken musten biegen,
Die Ziegel wolten sich nicht mehr zusammen fügen;

Es

55. Ne pars succumbens oneri sincera trahatur;
(Organa nam deorsum nutanti mole premebant)
Sed nil

Es trennte Kalck von Kalck, und riß sich Stein von Stein,
Der Mauren hoher Pracht, der süssen Orgeln Schein,
Die hieß ein Augenblick in einem Klumpen liegen:
Und was jetzund aus Angst mein bleicher Mund verschwiegen,
Must abgethan, zersprengt, und gantz vertilget seyn.
O Mensch! diß ist ein Fluch, der nach dem Himel schmeckt,
Der dieses Haus gerührt, und dein Gemüth erweckt.
Es spricht der HErren HErr: Du solt mich besser ehren;
Die Sünde kommt von dir, das Scheitern komt von GOtt.
Ist nun dein Hertze Stein, und dein Gemüthe todt,
So müssen dich jetzund die toden Steine lehren.

Sed nil promotum momento ponderis acti.
Poſt aliquot ſoles, operis ſudantibus æſtu,
Corruit ingenti ſonitu, atque fragore tonanti, 14. Aug. ejusdem anni.
Pars intermedii ſacri grandi impete Templi;
Vrbs quo tota velut perculſa eſt fulminis ictu.
Aſt o quam mediis Clemens Deus extitit iris!
Aligerum manibus tamdiu fractura retenta eſt,
Donec terga darent operæ, & ſpectamina turbæ,
Et fieret res humano ſine funere funus.
Hæc ruptura tamen ſuggeſtus roſtra ſacrati,
Et ſuſpenſa duo deſtruxerat Organa Templi.
Nunc e ruderibus denata renaſcitur illis

Pars, vix post binas Operarum congrege cura

Messes, supposito lapsæ fundamine moli:

Qui legis, & spectas hæc nata, renata, VIATOR,

Justitiæ monumenta notes, veniæque supernæ:

Et cunctis finem pendere ab origine rebus.

POSTERITATI POS

CHRISTOPH. COLERVS,

Professor Gymnasii Elisabetani.



V.

SVGGESTVM MAGDALÆVM VRATISLAVIENSE NOVVM.

SVCCINCTO ADVMBRATVM CARMINE

AB

ANDREA CALAGIO

VRATISL.

VRATISLAVIÆ,
Ex Officina Typographica
Johannis Scharffenbergii.
M. D. LXXXI.

AD
MAGNIFICOS, INTEGERRIMOSQ.
VIROS
Nobilitate, Sapientia, & Autoritate excellentes,

DN. CAPITANEUM, CONSULES, AC SENATORES

Univerſos & ſingulos, Dominos Patronosque ſuos ſubmiſſa obſervantia colendos.

Pyramidas, Phariamque domum, muriſque ſuperbam
Coctilibus Babylona, pharetratæque Dianæ
Ac Jovis Elæi cœleſtibus æmula templa,
Tum Mauſolæi buſta ambitioſa ſepulcri,
Et Rhodium Pœanis Opus, miracula mundi,
In titulos educta hominum, nihilique Deorum,
At ſenio collapſa ſuo, male credita tandem.
Fama polis æquare tace; latura per orbem

Quod

Quod Christo surrexit opus: qua maxima *Divæ*
MAGDALIDI sacram, geminis cum turribus, arcem
BRESLA colorati profert ad sydera Cœli.
Hac media, dum lustra decem labuntur, & anni
Septeni, stetit ante rudi de robore textum
Suggestum, quo primus ovans oracula Verbi
Sacra repurgati, dubias cum cultibus aras
Monstrificis abolente, Fidemque docente LVTHERO
Justificam, discendi avidæ plebi edidit HESSVS
Ore potens (1), quem cura pii matura SENATVS

(1) Ministerium purioris doctrinæ primus in Aede *D. Mariæ Magdalenæ* inchoavit *D. Johannes Hessus*, & annum, quo hæc contigerunt, *Tobias Coberus* hoc versu chronologico indicavit:

HESSE DeI VerbVM pVrIs e fontIbVs affers.

Confer *P. I. Miscellaneorum p.* 197. *sqq.*

Sede ſuburbana myſtarum acciverat Vrbi,
MOIBANO in partem cepti veniente laboris (2),
Ritibus omnigenaque ſuperſtitione recisis,
Cimmerias pepulit manifeſta luce tenebras.
Quæ Virtus, & longa Viro experientia, quodque
Eloquium, transmitto volens: quo denique pacto
Idem conſcriptis fuerit non futilis autor.
PATRIBUS, ad ſtipis æra, prius collata catervæ
Lucifugæ, vertenda pios in pauperis uſus,
Extat apud memores etiamnum gratia facti (3).

Idem

(2) Qui juſſu Senatus Vratislavienſis Templum *D. Eliſabethæ* a Superſtitionibus repurgavit, puramque in eo Evangelii doctrinam docuit; de quo evolve *P. I. Miſcellaneorum p. 201. ſq.*

(3) Certe ſuis non ore tantum, etiam manu

Idem animus ſtudiumque fuit, nec diſſona multum
Oris honorati permiſta induſtria melle,
CVREO (4): Sed fata Virum florentibus annis,
Heu pietas, juſſere mori (5): Cum teſtibus aſtris,

manu prævius, Charitatem in egenos chriſtianam largis crebrisque Donationibus patefaciebat. Ea hinc ductus, Vratislavienſibus perſvadebat, ut publicam Eleemoſynarum Præfecturam conſtituerent: Cujus inter Adminiſtratores Aſſeſſor recipiebatur: etiamnum Paupertati ſalutarem, Civitati honorabilem. Par Beneficentiæ Documentum edebat, cum efficeret conſiliis ſuis, ut inter Valetudinarios indigis etiam Noſocomium Vratislavienſes conderent, quod *Omnium Sanctorum* nominatur. His vero & aliis modis adeo charus erat populo, ut quingenties expetitus ageret ſacri Baptiſmatis teſtem. Vid. *Hankius de Sileſiis Alienigenis p. 378.*

(4) Cujus Vitam exhibet *CL. Pantkius* Paſtores inter Magdalenæos *p. 22. ſqq.*

(5) Obiit nimirum A. 1566. d. 29. Oct. æt. an. 39. Menſ. 4. d. 15. Miniſterii an. 14.

Doctrinæ paulo ante ſuæ inculpabile munus
MAXIME te coram, Dive ÆMILIANE, probaſſet (6)
Ac virtute pari nunc POLLIO doctus abundat (7),

Vt

(6) Anno ſcilicet 1563. cum Divus *Maximilianus II.* a Principibus & ſtatibus Sileſiæ fidelitatis ac ſubjectionis debitæ juramentum Vratislaviæ more ſolito acciperet. Tunc enim & Miniſtri Evangelici in Eccleſia Vratislavienſi ad Eum admiſſi, debitum Majeſt. Regiæ piæ gratulationis de tanta felicitate officium *Cureo* interprete peragebant, doctrinæque ſuæ ratione reddita, auguſtum ſibi, Eccleſiis & Scholis Vratisl. totique adeo Reipubl. patrocinium ſubmiſſa oratione flagitabant, & ut Evangelicæ doctrinæ & Sacramentorum, ſicuti ea divinitus inſtituta, & omnium piorum miniſtrorum Protector eſſet, humiliter petebant. Vide *Henelii Breslographiam p. 54.*

(7) De quo dixi *P. XIII.* der Müßigen Stunden *p. 74. ſq.* & ſub cujus Paſtoratu A. 1580. d. 23. Decembr. habita ab ipſo Concione inaugurali novum Suggeſtum Magdalæum inauguratum eſt.

Vt prope crediderim, quod ſede priore relicta,
Qualiter ELIAE quondam vis vivida rapti
Æthereis per inane rotis, invaſit ELISAM,
Spiritus amborum ſeſe inſinuarit in artus
Vnius, dum luſtra duo cum quattuor annis,
Longius o utinam, abſumpto redeunte vigore,
Arrectas ſolers orando ducere mentes,
Hac ſacrata tenus ſonuit myſteria CHRISTI,
Obſcura e Cathedra, ſed jam ſuperante penates
Solis inacceſſos radiorum ob lumen acutum,
Ex auro, fœcunda tulit quod PANNONIS ora:
Ex Onyche albenti, quo Ruſſa LEOPOLIS, & quo
ANGLIA dives ovat: lucenti e marmore demum

Non PARIO, neque MYGDONIO, ſed ad ima ZABOTHI
Montis adinvento nuper, quo cardine rerum
Oſtentante viam, ſi fors quis noſſe laboret,
Multorum poſita verborum ambage revolvam
Suggeſti artificem (8), quo non præſtantior alter,
Saxa fabre factis & ligna animare figuris,
Magni aliquid tentans huc juſſerat ire ENATVS,
Rupibus exciſum cæmenta vetuſta cavatis:
Dumque vagis nunc huc rapitur, nunc paſſibus illuc,
Metiturque locum; Viridis per gramina venæ
Aſpectat liquidum leni pede ſerpere rivum:
Principioque ratus, dubie viſum eſſe colorem

Ceſpi-

(8) Qui erat *Fridericus Groſius*, ſtatuarius inſignis.

Ceſpitis; Obtutu mox ut defixus in uno,
Haurit aquam palmis, & ſemina prenſat arenæ
Cœruleæ, magis unde ſtupet: Ceu forte Viator
Implicitis errore viis illapſus, apertum
Librat iter cunctante metu: dum calle propinquo
Currat, & optatis citius reddatur amicis.
Tum ſtudio aſperiore calens, divortia roris
Fertur in adverſa, nec inexplorata relinquit:
Donec ab elata ſimilem manare liquorem
Rupe tuens, ſaxique putans etiam eſſe tenorem,
Brachia (malleolo ſibi ſubveniente) refringat
Dura quidem, verum illa tamen vix credita marmor.
Nolle aliquid tentare, nocet, diſcrimine dempto,

Expo-

Expolit, egregiumque probat; Mox poplite flexo,
Ad Cœlum cum voce manus orante tetendit:
Arbiter omnipotens mundi, rerumque Repertor,
Hujus adorandum mihi dans cognominis usum,
Non tantum natalis humus me muneris ampli,
Hactenus ignoti, terraque tegente reposti
Grata repertorem sit ut amplexura, sed ævo
Posteritas etiam memor admissura futuro:
Quas tibi, quas grates referam? quo, quæso, litabo
Thuris honore tibi, spectanti lumine crudas
Obliquo pecorum fibras, miserumque cruorem?
Te ne colam precio? Haud equidem, sed rite precando:
Seu mea membra thoris defessa labore locaro,

Seu

Seu somno cedente, eadem devolvere rursum,
Vota tibi, DEVS alme, feram, testantia mentem
Muneris oblati memorem. Quid? pectora sensus
Ni ludunt præsaga meos, id cedet honori
Ante tuo, stabitque decus memorabile templo,
Primitias operis memet subigente futuri.
At dilecta tibi, rerum fœcunda creatrix,
SLESIA nostra, novo lætetur pignore, multas
Fortunata super terras, & marmore priscis
Crescat inexperto, præstetque nepotibus usum.
Ipse etiam argenti demum cognatus, & auri
Gignat inextinctas venas, nec montibus ullis
Orbis inerrantis concedat laude ZABOTHVS.

Finierat, Tum trunca manu fragmenta figurans
Phidiacam superante, duo cochlearia mire
Extundit; rediensque domum dat habere patrono.
Vix bene nocturnas tenebras invecta fugarat,
Extuleratque aurora jubar, simul ille SENATVM
Lætus adit, quantoque DEVS nunc munere terram
Adficiat patriam, sese Inventore, recludit.
Credita res, titubante fide: tamen ire jubetur,
Ac loca scrutari, totasque efferre columnas.
Ergo ministerio socios, & idonea montis
Frangendi instrumenta legit; proavisque negatum,
Aggreditur rastris multoque ligone, laborem.
Credo equidem (nec vana fides rumore docente)

HVNNVS inaſpecti ſcrutator luridus auri,
Vt fugiat cum luce diem, & tellure refoſſa
Abſtruſas provolvat opes, documenta malorum,
Immodicum molitur opus conamine tanto.
Vt vero vi facta via eſt, patuitque receſſus
Sudantum recluſus ope, in numerumque lacertos
Tollentum validos; gemeretque ſecuribus omnis
Mons circum, arbitrante aliquo, Typhoidos Ætnæ,
Aut levis Æoliæ, Lipareſve undantis ad aſtra,
Deſertos Bronti ſcopulos, Steropique, relata
In rupes incude novas, ſtridere cavernis
Stricturas Chalybum, aut clypei ſeptemplicis orbem
Gradivo ſubigi, vel tela triſulca Tonanti;

Infor-

Informe eruitur marmor, teretesque columnæ,
Agricola admirante rude & ſine nomine ſaxum,
Ac famæ indubitante novæ, licet undique ſparſæ:
Quarum ubi non multæ magno ſudore revulſæ,
Hæſit opus, feſſique manus poſuere miniſtri.
Interea PROCERES cum templa ſedilibus ambo,
Patricio vicina foro, non ordine tantum
Ornarent, ſed & arte ſimul ſolerte videndis:
Atque loco ſtaret jam BAPTISTERION, Orbi
Mirandum: quis enim illud opus ſatis efferat, auſus
Ejus inauditum verbis æquare laborem (9)?

Conſi-

(9) De eximio hoc opere ſequentia *Cl. Pantkius in Vita Lucæ Pollionis*, Paſtoris Magdalenæi, tradit: bey ſeinem *Paſto-rat*

Consilium sese inter habent, cariosa
cathedra
Quod stet adhuc, sonet unde Dei
mysteria Præco,
Suggestum tanto dignum templo es-
se struendum.
Si SALOMON (nisi summa nefas
conferre profundis)
Tecta locaturus votiva Deoque si-
bique,
Multa movens, magnos cunctatur
monte paratus.

---

rat ward der neue Tauff-Stein der ihm anvertrauten Kirchen *An. 1576.* den *9. Julii*, zwischen dem Altar und der Kürschner-Capellen, gesetzt, und daselbst den *25. Decembr.* als am H. Christ-Tage, zu tauffen angefangen. Das Gitter darum, so von frembden und einheimischen Schlossern vor was künstliches gehalten wird, haben vor ein gantz geringes Geld verfertiget, Simon Laubener, ein Breßlauischer Schlosser, und dessen damahliger Geselle, Salomon Schmidt, so nach der Zeit in Breßlau Meister, und 30. Jahr seiner Zunfft Aeltister gewesen.

Protinus ergo diu FRIDERICUS alacrior, illa
Munera ſponte ſubit: ſocii ſua brachia jungunt,
Certatimque labor fervet: Pars marmora limat,
Pars Onychen lapidesque polit, ſimulacraque ſculpit;
Ipſe ſuas indit facies, & format in auro.
Haud melius cœli mortales ſemina Divum
Finxit in effigiem , ridiga tellure PROMETHEVS.
Cuncta putes ſpirare, animaque latente moveri.
Nec mirandum adeo, lignum eſſe volatile factum
ARCHITÆ, quod luſus huic puerilis habetur.
Quippe recordamur, quid vix dum quattuor annos
Ante, petituro jam mœnia noſtra RODVLPHO

Cæsare, præstiterit (10); structo feliciter Arcu
Fornicis eximii, ignotique prioribus annis.
Nonne rotabatur Genius sacer arte magistri
Dædalea in gyrum; motis mox suaviter alis
In Caput AVGVSTI, spirantem naribus ignes
Cornipedem subter flectentis, utrumque premente
FRATRE latus gemino, MATTHIA & MAXMILIANO,
Se librans, Diadema manu Imperiale ferebat?
Nonne stupescentem Volucer Jovis atque Gigantes,
Corporibus mire flexis & supplice vultu,
Rara relinquebant quasi per miracula plebem?

(10) Anno nimirum 1575. cum magno & solemni apparatu circa Pentecostes festum Vratislaviam veniret Divus *RVDOLFVS II.* & Subjectionis Juramentum a Silesiæ statibus exigeret.

I nunc, artificesque tuos, rumoribus audax,
Mentora, Praxitelen, Polycletum, cumque Myrone
Lyſippum, centumque alios (hoc tempore quorum
Nil reſtat, niſi nomen iners) fer ad aſtra, Vetuſtas,
Tu FRIDERICE, tuusque labor, durate, vel iſto
Nomine, ſervati cauſſæ melioris in uſum.
Nam quantum memorantur ji clari arte profana,
Tantum tu ſuperas ſacra, & ſolummodo veri
In laudes cedente DEI: tibi vile, figuris
Rem quamvis ſimulare ſuis, ſeu Pallada poſcam
E cerebro prodire Jovis, Veneremve profundi
Aequoris enaſci ſpumis aut quicquid adoptat
Tam falſi Dea fœda tenax, quam nuncia veri.

Ar-

Artis Apelleæ ſummum decus, aſſore tempus
Auguror, impleris Operum cum cultibus Orbem,
Aethera, collucet qua lactea Zona, capeſſes;
Vt cœli convexa, licet ſtellata ſerenis
Ignibus, effingas, donum ſollenne laboris.
Quid? tandem quoque numen eris ſculptoribus ingens,
Invidia Vates non extimulante: quod idem
Alternis conjuret amor. Nam quicquid acuto
Gignitur ingenio, manus exprimit æmula ſignis,
Templa, domus, aulasque ſtylo Pictura figurat:
Numinis heroumque chely canit acta Poëſis.
Illa oculos paſcit non prorſus imagine vana:
Detinet hæc aures: ambæ dulcedine mentes

Oblectant : & opem alterius nunquam altera ſpernit.
Ecce moror dum forte diu, bis Sole quadrigis
Signa recenſenti circum labentis Olympi,
Exactum tandem aſtat Opus. Gravitate ſuperſtant
Auguſta poſtes hinc Vates corniger, inde
Baptiſtes: Tenet hic divini jura rigoris,
Pectora queis terret diri ſibi conſcia facti:
Accuſatricis contra ille volumina legis
Calce premens, abolensque, vicem ſupplente ſalutis
Dogmate, prætendit quem commonſtraverat, Agnum,
Tollentem mundi tota cum labe reatus.
At graduum hac in parte (tholus quia ſaxeus illam
Fulcit) Apoſtolici licet ornamenta videre

Prima ſodalitii , ſecloque priore, papatus
Cum foret irretita malis Eccleſia monſtris,
Pro Superis cultos, Petrum cum fratre, Philippum,
Et Thomam, fideique qui fuit buccina, Paulum,
Nitentes ad ſumma gradu , ſeſeque ſequentes
Ordine. Poſt rerum ſeries longiſſima Corpus,
Verticibus, connexa baſis terga inſtar habentum,
Aligerûm ſuper innitens, mira arte cylindris
Marmoris hiſtorias interlucentibus omnes,
Et fulvo limbos orasque obeunte metallo,
Cingit. Inacceſſo, rege indulgente, barathro
Immiſſus DANIEL ſedet, ac propenſa levatis
Ad convexa ſimul palmis oculisque, precando

Divinam ſuſpirat opem: vaſtiſſima dextra
Comminus & læva recubant portenta, Leones
Innocui, de more canum: per inania portans
Summa cibos vati, vates propendet ab æthra,
Remigio haud volucrum fultus, ceu Dædalus, alis
Aligero ſed enim ſe ſuſtentante Miniſtro.
Hoc ſecreta volunt: Fatorum Eccleſia multis
Circumfuſa malis, & hiantibus hoſtibus; inter
Spem dubiumque metum tremit ærumnoſa, nec unde
Auxilium conquirat, habet: dum Numine lentam
Indignante moram, tandem eluctetur acerbis.
Pone Gigas, vaſta membrorum mole tremendus,
In Clypeum immanem aſſurgit: cava caſſide lævi

Tem-

Tempora, crura ocreis clauduntur: ahenea pectus
Suta terunt, armatque manum fronde orba cupressus
Cuſpidis æratæ. Stans arduus ipſe, feroci
Martis Judæos ciet in certamina voce.
At puer, & nullo tutus mucrone, nec haſta,
Armorumve minis, ſubit obvius, amne lapillos
Duntaxat patrio lectos, peraque repoſtos,
Tela ferens, ſundæque agiles balearis habenas,
Sæpe quibus cœlo volucrem demittere ſuetus:
Has circum caput arte rotat, votique potentem
Hoſtis inhumani glandem ſub fronte recondit.
Ipſe ruit præceps; mugit ſub pondere tellus.
Roboris annoſi ceu quondam quercus, aperto

Mixta comas cœlo, certantum vulnere crebro
Victa colonorum, labefactaque fune, ruina
Proxima quæque premens nutanti infringitur agro.
Sic Golius arvum proſtratus corpore tundit,
Præbet & invitus, non facto his uſibus, enſi
Colla ſuo, turbisque jacet ſine nomine truncus:
Exuviis ſed victor ovans ad caſtra recurrit.
Sic ubi ſtipatus comitum ſævo agmine Dæmon
Irruit, intentansque necem & ſtygia antra; nocenti
Exacuit ſcelerum ultrices in pectore Diras:
Sons memor admiſſi, nudusque decentibus armis,
Tela move contra, collecta docentis ab ore
Dicta, Redemptoris meritum obvertentia Chriſti:

Firma-

Firmatusque fide, referes ex hoste trophæum.
Cernere THESBITEN hinc est in vertice montis,
Sydera spectantem vultu, flammasque vocantem
Desuper æthereas: bis missæ a Rege profano
Quinquaginta animæ, bis corripiuntur ab igne
Cum gemino Duce: Sed supplex, genibusque volutans
Tertius, exemplo jam jam periturus eodem,
Stat veniam vitamque rogans: Divine Propheta,
Parce mihi sociisque meis, abeamus inulti:
Accipit ille preces, & multo numine plenus
Associat passus ad regia tecta citanti,
Scilicet a cella constanter sede professos
Præcones Oracla Dei indubitata, tyrannûm

Cir-

Circumſtant non tecta odia, inſidiæque, natantes
Vt media jam in morte putes, ni fata reſiſtant.
Inde Sacerdotes, acie radiantibus armis
Præcelerante gradus, vulgoque ſequente, gementes
Horrendum juſſis lituis, Arcam ante feruntur,
Caſuram Hierichunta ſuo de culmine circum.
Vix orto clamore Virûm & ſtridore tubarum,
Vrbs quatitur, murique labant; immittitur hoſtis,
Fit cædes, ætasque vacat non ulla periclo.
Omen ineſt facto : Deus haud obſcura paternæ
Signa voluntatis, conchas imitante ſonantes
Voce miniſtrorum, ſtultis mortalibus offert:
Interea ſecura ſui pars denſior, aurem

Stertit in utramvis: donec clangore viarum
Abrumpant elementa fidem, mundique ruinam
Machina victa trahens, omnes involvat averno.
At ſuper expanſis impendet SPIRITUS alis
Sanctus, inauratis radiis demiſſus, & albæ,
Qualis Jordanis cum Chriſtum tingeret undis
JOANNES Baptiſta, polo deſcendit, & imam
Propter humum eminuit, collectus in ora columbæ.
Huic dictis cælata ſacris tecti imminet umbra,
Quam circa inclinata premunt animalia, Chriſti
Hiſtoriæ autores ambage notantia molli.
Ipſe redux Orci ſtygio pallentis ab antro
Victor, agit partum deleta morte triumphum.

Exin

Exin effigies primorum eſt cernere patrum
Comminus, ac vivis non abſona vultibus ora,
Tantum auſæ tentare manus. Sedet ordine ſacro
Primus ADAM, fraude dolens ſerpentis & aſtu,
Humanum implicuiſſe genus diſcrimine lethi.
Hinc vivus translatus HENOCH ſuper aſtra, NOASque,
Multorumque Parens ABRAS, NATVSque, NEPOSque:
Queis globus incumbit magni ſub imagine mundi.
Summa tenet flammæ crepitantis aheneus ardor,
Vel JOVAM, rutilumve Rubum, quo JOVA latebat
Ductorem EBRÆIS MOSEN miſſurus, adumbrans:
Quæ jam cuncta ſatis ſit perſtrinxiſſe, negante

Pulvereæ ſudore ſcholæ (11), invidiaque puſilli
Temporis, uberius deducto carmine dici:
Quicquid id eſt, nec enim roſis videt unguibus auras,
Rure ſuburbano ſeceſſum aut ocia dante,
Quæ captant certe victura poëmata: lucis
Vnius alteriusque dedit mora parva, rotarum
Quadrupedumque inter ſtrepitus fremitusque, regente
Orſa Deo, & dictis tenuem aſpirante leporem:

Solenni

(11) Gymnaſii enim Mario-Magdalenæi Patrii Profeſſor erat Publicus *Calagius* noſter; Natus A. 1549. d. 30. Novembr. Denatus A. 1609. d. 21. Novembr. ætatis anno 60. De quo *Cunradus Proſopographiæ Melicæ Millen. I. p.* 24. ſic canit:

Ter tria me Phœbi coluerunt Numina vatem:
Fama fui Muſis; Sed mihi pæne fames.

Solenni requie dum reſpirare parumper
Quatriduum mihi forte vacat; potiora daturo
Si Cyrrham pulſare foret conceſſa poteſtas.
Ne vero allatrante petens quis Zoilus ore
Inſurgat contra, Patriæ vos Lumina, PATRES,
Tuque prior, quo nixa viget Respublica longum,
RHODINGERIADUM decus admirabile ſtirpis,
Vnice Mecænas inopis pietatis & artis (12):

Vos

(12) Hunc puto eſſe *Nicolaum a Rhediger*, Ducatus Vratislavienſis Præfectum & Reipublicæ Præſidem, infinitis in Patriam meritis illuſtrem, utpote in quo *Politici hominis Ideam omnes boni cognoſcebant*, ceu *Theodorus Zwingerus* in *Similitudinum Methodo* de Eo ſcribit; Et quem *Abraham. Bucholcerus*, mortem illius referens, *Virum genere, animo, ſapientia, authoritate, & virtute Nobi-*

325. Vos etiam virtute Viri hinc ad
Sydera noti,
JENCVICI (13) & PVCHERE (14),
pari conamine cura
Exer-

Nobilissimum, Mecænatem Studiosorum, & imprimis Pauperum Patronum liberalissimum vocat. Obiit autem Vratislaviæ A. 1587. d. 29. Junii, Cujus Sepulchrum *Nicolaus Henelius* digno hoc Epitaphio condecoravit:

Incluta Roma suos ne jactet sola Catones,
Nec suum Aristiden solæ mirentur Athenæ;
Qui jacet hic, Patriæ verus Pater; esse Catonem
Juxta & Aristiden quem Slesias incluta vidit.

Conf. CL. *Krantzii Memorabilia Bibliothecæ Publicæ Wratislaviensis Elisabethanæ in Præf. Lib. 14. col. 1.* & *Henelii Silesiographiam Renovatam c. 8. p. 604. sqq.*

(13) *Jencviciorum* in Silesia gens nobilis plus quam tribus abhinc sæculis clara fuit; & Vrbi & Ducatui Vratislaviensi aliquot Præfectos, quos Capitaneos vocant, edidit. Communem autem dicitur habere originem cum illustri-

 bus

Exercet quos pube ſuper, ludique magiſtris,

Vt

bus *Poſedovvſciis* perantiqua hæc familia, quam referre ad *Habdanccios* illos Polonos, quibus hoc nominis *Scarbicius*, Comes Legationis Polonicæ ad *Henricum V.* Imperatorem A. 1109. princeps peperiſſe legitur, docent *Paprocius*, *Okolskius*, *Henelius*, *Balbinus* aliique; Videatur & *Meiſnerus* Decad. II. *Equitum Sileſiorum*, *Honoribus Academicis fulgentium*, *N. I.* Ex ea autem gente prodiit *Abrahamus Jencvicius*, cujus hic *Calagius* meminit, prius Reipublicæ Vratislavienſis Senator Scholarumque Præſes, deinde Ducatus Vratislavienſis Capitaneus, de quo evolve *Henelium Sileſiographiæ Renovatæ c. 8. p. 682. ſq.* & *Cunradum in Sileſia Togata p. 138.*

(14) Antiqua ſatis & nobilis eſt *Pucherorum a Puchen*, familia, exſtantque ejus decora Vratislaviæ, non niſi cum urbe exſtinguenda. Natus illa *Johannes Pucherus*, quem hic laudibus *Calagius* effert debitis; Quippe a prima ſtatim ætate artes bonas amavit, coluit, tractavitque haud feliciter minus, quam fideliter: Vnde & factum, ut A. 1560.

in

Vt quemvis ſuus ornet honos, ſua
præmia morum:
Cumque LADÆBACCHO (15), digne innoteſcere verſu,
O COSLERE (16), quibus ſtudium
delubra tueri,
Annuite ah faciles, & adeſte procacibus auſis,
Haud averſati venam per plana vagantem.
Illud opus veſtrum eſt, veſtrum mereatur amorem

K 2 Hoc

in Ordinem Patriæ Senatorium adſciſceretur, variaque integerrime obiret officia. Tandem vero A. 1592. d. 9. Maji naturæ exſolvebat debitum, maximo ſui deſiderio relicto; Vid. *Henelius l. c. p. 715. ſq.* & *Cunradus l. c. p. 226.*

(15) Qui fuit Ædilis Templi Mario-Magdalenæi & A. 1592. ætatis ſuæ 76. mortalitatem cum immortalitate commutavit, commemorante *Poblio in Hemerologio p. 276.*

(16) Itidem dicti Templi, ni fallor, fuit Ædilis, & Ordinis Senatorii Senior, qui obiit A. 1611, IX. Cal. Febr. ætatis 78. *Ibid. p. 34.*

Hoc quoque. Sic ſemper vos publica cura fatiget
VRBIS adornandæ, ſeros & ad uſque nepotes
Vulgandi verbi, Muſasque favore juvandi.
Sic reſidem Janum tranquilla pace ligante,
Veſtra relinquatis Pyliam poſt terga ſenectam.

V. A.

addictiſſ.

ANDREAS CALAGIVS,
Vratisl.



VI.

DE

LVDORVM LITERARIORVM APVD VRATISLAVIENSES INITIIS ET INCREMENTIS CARMEN,

SCRIPTVM

A

MARTINO RADECKIO,
Vratislaviensi,
Scholæ Magdalææ Collega.

VRATISLAVIÆ,
In Officina Typographica Criſpini Scharffenbergii,
A. R. G. M. D. LXVII.

NUNC etiam patrii ſublimia tecta Lycei
Contiguamque ædem, formatoresque Juventæ
Egregios, animus tenui fert dicere verſu:
Quo Schola, quæ primis olim nos imbuit artis
Præceptis, meritique vicem impenſique laboris
Noſtra aliquem capiat pia per præconia fructum.

Vrbanus primus Sileſiæ Epiſcopus Smograviensis (1).

Ex quo Romana huc VRBANVS Præſul ab Vrbe
Ignotosque libros ſecum, linguæque magiſtros
Attulit Auſoniæ, & quosvis qui diſcere vellent
Ipſe ſuæ accubitus menſæ dignatus honore
Paulatim ad ſtudium gentem invitavit agreſtem;
Innumeros paſſim ludos aperire Sileſi

Cœpe-

(1) *Vrbanus* Epiſcopus II. Smogrenſis & *Gothofredus* I. fuit; Vid. *Hankius l. c. p.* 136.

Cœperunt. Prima ante alias SMOGRA parva novenis Prima Silesiorum
Præbuit Hoſpitium Divis, cum Præſule poſthac. Schola (2).
Quæ conſederunt noſtris in collibus, unde
Vicinæ tandem ſubierunt tecta BVDORGIS,
Fixeruntque novas ſedes, ubi turribus ædes
Magdalidos geminis caput inter nubila condit (3): Anno 1293.
Nec tamen hic linguæ præter diſcenda Latinæ
Prima rudimenta, & Jeſſidæ oracula Vatis
Pontifices quicquam tradi voluere juventæ.
Namque Maro & qui nunc facundi Tullius oris

(2) De qua evolve *P. I. Miſcellaneorum p. 188. ſq.*

(3) Schola, quæ Cognomen ſuum vicino *S. Mariæ Magdalenæ* templo debet, Anno 1293. exſtruebatur, affirmante *Hankio in Propagatoribus Eruditionis Vratislavienſibus p. 46.*

Milleno dociles interprete perſonat aures
Quovis in trivio, tunc non niſi ſumma colebant
Gymnaſia, in Latio ſtructa & per Gallica rura,
Nec tunc ſeptenas artes Linguamve Pelaſgam
(Ebræam taceo) quisquam mercede docere
Audebat ludo in tali, nec forte ſciebat:
Quarum prima caput nunc hic elementa juventus,
Dum dociles magnaque fidè multoque labore
Erudit *Helvigius* dextre & feliciter aures (4).

Martinus Helvigius N.

Altera

(4) *Niſſa* hic erat Sileſius, & prius A. 1552. Scholæ Magdal. Præceptor, tandem ab A. 1561. Moderator, in qua functione etiam A. 1574. d. 26. Jan. æt. 58. diem obibat ſupremum. Tabula Sileſiæ Geographica edita aliisque aliquot libris poëticis clarus, *Franciſcoque Fabro* ami-

c.ſſi-

Altera poſt etiam Muſis
Phœboque theatra
Conſcripti ſtruxere patres, qua
ſidera tangit
Eliſabethani turris celſiſſima Anno
templi, 1507.
(5).
Quæ, quanquam artificum ma-
nibus, ſævisque procellis
Culminis aërii bis pars ſupre- Anno
ma revulſa eſt, 1529.
Cuncta tamen ſuperat faſtigia
totius urbis,
Diva mone, quæ geſta canis,
quæ tempora reddis
Transactis, palmamque ideo,
laurumque reportas.

 Quæ

ciſſimus, cujus Elogium videre eſt apud *Henelium Sileſiographiæ Renovatæ c. 7. p. 359. ſq.*

(5) In hujus Templi Cœmiterio Senatus Populusque Vratislavienſis Anno jam 1505. ſecundum *Hankii* calculum *l. c. p. 6.*, ponebat domicilium: quod, pro Temporum illorum ſtatu, parva Docentium & Diſcentium Societas in Scholam Eliſabethanam convertebat.

Quæ nam eſt diva, quæ nomen dulce quiete (6)
Diva tulit, quod nunc templum & vicina Lycæa
Inſignit, meminiſti etenim, memorare poteſque?
Sic ergo ſic grandi reſpondit Pieris ore:
Non illa *Eliſabeth*, quæ longo tempore Myſtæ
Nupta Seni, tandem ſupremo in fine ſenectæ
Chriſte tuum Πρόδρομον ſterili prius edidit alvo:
Auguſtæque Scholæ vicinæ & præſidet ædi.
Præſidet his riguis ſed floſculis editus arvis
Pannoniæ, cujus trifidum fragrantia mundum
Implevit, quique aſtra ſuper caput extulit ipſa.

Hæc

(6) *Eliſabetha* enim eſt Hebræa vox, latine ſignificans idem quod *Quies Dei*, vel *quies donata a Deo*, GOttes Ruhe; Vid. *Dreſſerus de Feſtis p. 227.*

Hæc illa ANDREAE eſt Regis generoſa propago, Andreas Rex Vngariæ.
Qui Bilionæis non inferiora ſecutus
Auſis, ejecit Saracenos finibus almæ
Infidos Syriæ: qui cædem conjugis æqua
Mente tulit, factam violatæ conjugis ira.

Hæc eſt Tyrigetas lata ditione tenenti
Nupta Duci, abſentis qui munera Cæſaris unus
Cuncta ſuis humeris tulit, expediitque fideli
Annixus ſtudio: multo qui milite campis
Vaſtatis Aſiæ Turcæam extrudere peſtem
Conatus, periit tanti in molimine belli.

Hæc eſt innumeros larga quæ juvit egenos
Dote ſtipis, varia quæ morbi mole gravatis.

Ipſa

Ipſa ſuis manibus nullo diſcrimine promta
Depoſita famulata metu eſt, grandi ære proſeuchas
Quæ ſtruxit, celebris qua Linus mœnia Gothæ
Alluit exiguus, Linus qui vate ſuperbus
Stigelio (7), Eridano fama nunc certat & Arno.

Hæc eadem gelidis excisa in rupibus antra
Non hominum coluiſſe domus, pia fœmina fertur
Hic ubi de ferro ſtant mœnia nomen adepta
Iſenaci, eventus ubi poſt *Hiltene* futuros
Prædixti pater, ut Romana potentia cœlo
Legibus humanis æquata, ad Tartara Lapſu
Sit ruitura gravi, nec non ut Teutonis oram

Auſo-

(7) De quo vide Scholia noſtra ad *Albini Vitam Sabini p. 31.*

Ausoniamque omnem tandem post sæcula dena Anno 1600.
Et sexcentenos a partu Virginis annos
Servitio sit pressurus Mahometicus hostis:
Præterea & nostros maneant quæ fata nepotes (8).
Dilecti hæc nimium post immatura mariti
Funera, cognatis armis vexata minisque
HERMANI, veterem Francorum venit ad Vrbem, Pabeberga.
Exule quæ non tam facta est (me judice) quondam
Clara *Berengario* (9), quam te CAMERARIE (10) nunc est
Inclyta, cui primas nascenti præbuit auras.

Hic

(8) De *Hilteno* ejusque *Prædictionibus* pluribus disserit Paulini in *Annalibus Isenacensibus p. 123. sq.* & *Adami in Vitis Theologorum Germanorum p. m. 3. sq.*
(9) Quis ille fuerit *Berengarius*, me latet.
(10) De quo dixi in Scholiis ad *Albini vitam Sabini p. 45.*

Hic poſtquam ſuperis mulier conceſſit ab oris,
Poſt obitum ſanctæ propter miracula vitæ
Divorum in numerum retulit, Cœloque locavit,
Præſul eam Romæ, Cœlo vix ipſe receptus (11).
Hæc ſeu Diva poteſt, ſeu fœmina ſancta vocari
Quod potius reor, impoſuit Temploque Scholæque
Contiguæ nomen. Sed poſtquam tempore longo
Immundoque ſitu carieque annoſa vetuſtas
Et ſqualore ſcholæ vitiarat tecta, SENATVS

(11) Anno nimirum Chriſti 1235. a *Gregorio IX.* Pontifice in Sanctorum chorum cooptata eſt, quo memoria ejus perpetua eſſet, ut fuſe *Theodorus Thuringus in Ejus Vita* enarravit. Confer. *Kochii* Hiſtoriſche Erzehlung von der Feſtung Wartburg *p. 49. ſqq.* Obiit autem Marpurgi & non Bambergæ A. C. 1231. d. 39. Novembr.

Excitat immenſis quas cernis
ſumtibus ædes,
Contribuente omni populo
(12), ſic ſcilicet omnes
Iſta Reipublicæ cenſent funda-
mina cives
Formari teneram recte educi-
que Juventam.
Hoc ſanctum ante alios nul-
li virtute ſecundus
Æthioporiades imitans magni
auſa parentis (13)

Dn. Johannes

Vrſit

(12) Poſthæc enim in aliam plane formam Eliſabethana Schola, bono fato ſuo, tranſiit. Quippe Aedificium, quo hactenus contenta fuerat, Anno 1560. penitus deſtrui: melius autem, quod etiamnum ſtat, & multo amplius, & totum lapideum, Directore *Jo. Morenbergerio* exſtrui cœptum; Vide *Hankii Propagatores p. 9.* Interea vero Scholaſticis Studiis Habitaculum vicinum Eliſabethani Paſtoris, *Martini Eckelii*, convertebatur in Hoſpitium, dum novum excitaretur Domicilium.

(13) Qui erat probatus in Vratislavienſium Curia JCtus, Civitatisque denique

Morenbergius, Senator primarius (14).

Vrſit Opus, quem fata virum,
[illegible] velut ipſe meretur,
[illegible] Inco-

que Secretarius, & ſuaſor Academiæ Vratislavienſis, ceu patet ex *Hankii Sileſiis Indigenis c. 59. p. 186. ſq.* Tempus autem Aetatis ſuæ finiebat Anno 1518. d. 31. Januarii. Confer *Cunradi Sileſiam Togatam p. 192.*

(14) Præclarum in modum de Vratislavienſibus Scholis meritus fuit *Johannes Morenbergerus*, Reipublicæ Vratislavienſis Senator, Scholarumque Præſes: qui Obiit A. 1567. d. 9. Februarii, Anno ætatis 54. Senatorii muneris 33. Cujusque Obitum *Martinus Hoffmannus in Epicediorum libro lit. B. 4. col. 2.* hunc in modum deplorat:

Ergone perpetuis reſonabunt cuncta querelis,
Plangere defunctos, nec modus ullus erit?
Siccine continuo tabeſcent pectora fletu?
Semper erunt lacrymis ora riganda mihi?
Obruor heu quantis curarum fluctibus ægra:
Solvere ſollicitus vix ſinit ora dolor.

Gaude-

Incolumem ſervent, quo templa, iſtasque palæſtras,
Quarum

Gaudebam nuper validis ſuffulta columnis:
Mæreo Præſidibus deſpoliata tribus.
Siccine præſtantes rapit inclementia fati
Rectores? Noſtræ quis ſtatus Vrbis erit?
Amiſſum flevi Paſtorem nuper ADAMUM,
Eripuit quantum mors mihi ſæva virum?
Mox luctum, lacrymasque novat CVRTZbachius Heros,
Cæſaribus charus, Nobilitatis honos.
Ecce autem ſubito numerum MOREbergius implet,
Inter honoratos gloria prima viros.
Quæ mihi ſufficient lacrimæ, ſuſpiria, planctus?
Heu quantos gemitus concitat ille mihi?
Ingemat ergo domus mecum Clariſſima, dignum
Quæ tulit æterna poſteritate Virum.
Patricius raptum conſortem lugeat Ordo,
Deploretque ſuum civica turba patrem.

Quarum multa gerit curam jam lustra, patronus
Munificus porro regat, Inspe-ctorque fidelis.
105. Magnificas ædes intusque forisque trilingui
Ordine Gnomarum, & tabulis, scriptisque decoris
Bona-ventura Roslerus Ornavit bonus ille BONVS, quo Silesia tota
Nec

Cultus erat donis variis, & mente sagaci:
Justitiæ assertor maximus, & fidei;
Præfuit ille pro studio Templisque Scholisque:
Et pupillorum spes, columenque fuit.
Aonios adamare Viros reputabat honestum,
Et Musis sedes constituisse novas.
Abstulit has dotes mors invida protinus omnes,
Et claudunt tantum mœsta sepulchra Virum.
Ossa tegit tumulus: sed mens, quæ funeris expers,
Manibus in cœlo est consociata piis.

Nec Ciceronæo melius quenquam ore loquentem, Senatus Scriba. (15).
Nec varios vidit tam ſcite pingere ductus
Literulæ omnigenæ, Pario ſeu marmore ſcribat
Illos, artifici ſeu pollice ſculpat in ære.
Hic tradunt, tradantque diu precor artis honoræ
Prima Rudimenta, & pueri balba ora figurant
WINGLERVS ſenio Venerandus & arte magiſtra: M. Andr. Wingler (16)

(15) Chalcographus hic erat inſignis, ceu hodienum patet ex Diſciplinæ Scholaſticæ Legibus, quas dicto in Gymnaſio A. 1563. Marmori inſculpſit, & quas exhibet *Chytræus in Deliciis Variorum Itinerum p. 316. ſqq.*

(16) Erat is Saxo, natus in pago *Winckel*, qui ab Ilfelda diſtat intervallo ſex milliarium, ut habet *Mich. Neander in Orbis terræ partium ſuccincta explicatione p. 33.* Qui varia ad vitam *Wincleri* pertinentia, inprimis vero lectu jucundum cum eodem

M.Balth. Neander (17). 115. Et par canicie, doctrina, usu-
[illegible] que *Neander*:
[illegible] Atque

eodem Colloquium *p. 41. b.* affert. Hic tantum dixisse sufficiat, *Wincklerum* initio cum aliis quibusdam doctis Viris Præceptorem Scholæ ad S. Corporis Christi Ædem Vratislaviæ, quæ *M. Antonio Pausio* Rectore viguit, ea vero post triennium peste disjecta, primum Scholæ pariter ac Gymnasii Vratislaviensis ad S. Elisabethæ Rectorem, & simul Typographiæ, quæ a *Budmanniis* nomen obtinuit, primum fundatorem fuisse, ceu pluribus observat *CL. Rungius Spec. IV. Miscellaneorum Litterariorum p. 90. sq.* Obiit vero tandem A. 1575. d. 27. Junii, ætatis suæ 77., cum præfuisset studiis literariæ juventutis totos 53. annos, teste Epitaphio, quod eidem *M. Martinus Helwigius*, *Junior*, fecit:

Bis septem numerans lustra & bis quatuor annos,
Wincklerus Vitæ clausit in Orbe diem.
Hunc primus dixit Rectorem voce Melanchthon
Gymnasii, quod nunc clara Budorgis alit.

Lustra

Atque Syracusii senis æmulus arte *Sagerus:* M. Joh. Sagerus a (18).

Et

Lustra Scholis bis quinque fuit præfectus & annos
Tres, claros doctos innumerosque dedit.
Sed nunc Gymnasio acceptus, Christo auspice, Sancto,
Angelicum felix conspicit ipse chorum.

(17) Professoris Publici munere hic fungebatur, & Anno 1568. d. 1. Aprilis, ætatis anno 55. vitam cum morte commutabat, cujusque tumulum *Martinus Hoffmannus l. c. Lit. C. 2. col. 2.* hoc ornat Epicedio;

BALTHASAR *Aonidum Decus immortale* NEANDER
Mortuus hoc posuit Corpus inane solo.
Vrbe BOLESLAI *non vili sanguine natus,*
A teneris cœpit Palladis arma sequi.
Mox pietatis amans, studiisque imbutus honestis,
Mittitur ad doctas patre jubente Scholas.
Scilicet Auriferi *surgunt ubi mœnia montis,*
SLESIA *Principibus nobilitata tuis.*

 Audiit

Martin. Hoff-mannus (19). Et bonus & præſtans Elegis *Haloander* & Odis.

Atque

Audiit hic linguis inſtructum, atque arte Magiſtrum,
Victurum nomen cui Trocedorffa *dedit.*
Saxoniam *inde petit, ſtudiis majoribus aptus,*
Albis ubi Arctous clara Lycæa fovet.
Leucorides *coluit Muſas, laurique coronam*
Aſſenſu meruit magne Philippe *tuo.*
Artibus excultus patriis ſe reddidit oris,
Vt plena dives navita puppe redit.
Appulit ad portus Viadri, qua pulchra BUDORGIS
SLEſiaci *ſurgit fama caputque ſoli.*
Collectasq; penu depromſit divite merces,
Nec ſibi conceſſas diſſimulavit opes.
Excoluit mentes vera pietate tenellas,
In Chriſto ut poſſent noſſe ſalutis iter.
Proxima cura fuit docuiſſe fideliter artes,
Sanctius a ſuperis nil quibus Orbis habet.
Addidit ingenuos mores, ſtudiumque decori:
Hæc ſunt Chriſtiadum dogmata prima Scholæ.

Dulce

Atque alii bona turbà viri, linguaque Pelasga

Et

Dulce fuit Genus eloquii, felixque docendi
Gratia, ſedulitas, & ſine fraude labor.
Sic gravis ille fuit, cunctis ut amabilis eſſet:
Diſcipulos talem qui regit eſſe decet.
Integritas, placidi mores, atque ardor honeſti:
Atque in Collegas Candor apertus erat.
Aonas in montes duxit Chriſto auſpice multos,
Quos modo doctrinæ nobilitavit honos.
Illius hi grati ſtudiumque fidemque fatentur,
Sed non pro meritis æqua referre queunt.
Sudavit ſtadio hoc ſex cum trieteride luſtris,
Atque obiit celebris munia dura Scholæ.
Abripuit nobis hunc inſanabilis Hydrops,
Hoc & Ariſtarchus fertur obiſſe modo.
Illius triſtes flevere in funere Muſæ,
Depoſita flevit Phœbus & ipſe Lyra.

Et facili celebres fundenda ad carmina vena:

120. Quos

Carneaden Cicero doctis optabat Athenis,
Defuncti vacuum vidit ut esse locum:
Sic ubi Musarum sacras accedimus ædes,
Optamus vocem docte Neander tuam.
Hospes in hoc mundo fueras, nunc incola Cœli,
Æternæ sentis gaudia vera Scholæ.
Pulveris exhausti, fidei multique laboris,
Maxima nunc Christo præmia dante capis.
Nos labor exercet: levis & petulantia pubis:
Pro meritis sed enim gratia rara venit.
Sordiflui donec servati ex Carcere mundi,
Intremus vitæ regna beata novæ.
At vos discipulos, virtus quibus inclyta cordi est,
Ferre animo memori tot benefacta decet.
Spargite humum Violis, atque addite Lilia busto:
Dicite, sit functo pax requiesque Deus.

Quos inter qui prætercam te candide *Ferſchi*, Johannes Ferſchius. (20).
Qui mihi prima docens elementa Palæmonis artis
Tradebas, quæ res quanti ſit plena laboris
Quotidie experior ſtatione locatus eadem.

(18) Scholæ Collega erat quintus circa A. 1552. officio vero iterum renunciabat Anno 1556. & aſſumto in Facultate medica Doctoris Titulo, illam poſtmodum Lubecæ exercebat.

(19) Hic quoque Scholæ pariter atque Gymnaſii fuit Præceptor, variisque editis ſcriptis inclaruit. Inprimis autem legi meretur *Ejus Epicediorum Liber*: Vratislaviæ *1572. 4*: editus, ut & *Ejusdem Epicedion in Obitum Divi Ferdinandi I. Rom. Imp.* Ibidem *1572, 4.* excuſum, utpote in quo Cæſarum Auſtriacorum præcipuas res geſtas inſertas videbis. Denaſcebatur vero A. 1578. d. 26. Febr. Anno Ætatis 57.

(20) Itidem Scholæ pariter & Gymnaſii fuit Præceptor *Jo. Ferſchius*, ſatisque ceſſit A. 1587. die 25. Febr. ætatis anno 58.

Hunc ludum, vacuas postquam est eductus in auras,
Imposita & suprema manus, sanctusque Senatus
Et qui sacra docent divini oracula verbi,
Et queis dicundi subsellia credita Juris
Atque Machaonia Doctores arte celebres
Primoresque alii Cives, pubisque magistri, &

Inauguratio novæ Scholæ Anno Domini 1562. (21).

Cun-

(21) Absoluto enim hoc novo Domicilio, A. 1562. die 29. Januarii universus Docentium & Discentium Cœtus, prius in Templo Sacris defunctus, id solenniter intrabat, ab eoque tempore Schola hæc, ad cæterarum Scholarum discrimen, Gymnasium vocari cœpit; Vid. *Hankii Propagatores p. 9.* Et CL. *Pantkii Pastores & inspectores Vratislavienses p. 20.* Extat quoque *Martini Hofmanni* Carmen, ipso Inaugurationis die, in Honorem æternamque memoriam Inclyti Senatus Populique Vratislaviensis *pro instauratione Scholæ ad D. Elizabeth* scriptum.

Cuncta Minervali ſtudio devota juventus,
Solenni ritu Chriſto Muſisque dicarunt.
Et quoties lux hæc redit annua feſta ſacrati
Inſtaurant ludi, linguis animisque faventes.
Tanta viris pietas, tanta eſt ſapientia, tanta
Poſteritas curæ eſt, ſtudia ut puerilia pro ſe
Quisque ornare modo quovis velit atque juvare.
Nunc mihi ſi tantæ pia ſint in carmina vires
Mœonide quantas Cœco, quantasve Maroni
Anneove ſeni, faciles tribuere Camœnæ,
Munifici laudes ferrem ſupra Aſtra SENATVS,
Cui nil eſt laudis potius & pube docenda
Sic o ſic igitur tenera hæc plantaria larga

Perge

Perge fovere manu O Patria, unde ſequentibus annis
Rectores Vrbis fidi, verbique miniſtri
Divini, eximii, dicendo & jure periti
Proveniant, medicique Viri, ludique magiſtri
Et juſti Cives aliique ex ordine, quorum
Percipiant fructum Reſpublica, templa, ſcholæque.

FINIS.



VII.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO HISTORICA

DE

NOBILITATE WRATISLAVIENSIUM ERUDITA,

QUAM

Benevolo Amplissimi Ordinis Philosophici Indultu

ad diem 11. Sept. 1697.

Publicæ Doctorum Disquisitioni submittent

PRÆSES

M. ADAM PANTKE,

Wratisl.

&

RESPONDENS

JOACHIMUS PHILIPPUS SCHINDLER,

Glogov. Silesii.

LIPSIÆ,

Typis Viduæ Justi Reinholdi.

PRÆFAMEN.

NOn deerant equidem alia, de quibus, Dissertationem Academicam conscripturi, ageremus, argumenta; Ne tamen ea præsenti præferrentur, obstitit, partim debitus Patriæ amor, partim justa indignatio Conquerentium cum *Balbino* (a) de Majorum Negligentia: *Qua factum scimus, quod tot virorum Virtutes & Facinora eodem Tumulo quo Corpora condita fuerint.* Subiit imprimis animum non levis admiratio, qui factum, ut inter Res Silesiacas, alias a non adeo paucis descriptas, nullum fere exstet Silesiorum ob Literas feliciter excultas Celebrium Monumentum, cum tamen Silesia fœcunda alioquin Eruditorum Mater semper & audierit Exteris & exstiterit; Quippe quæ non contenta proprio, quem Filiorum industriæ & Eruditioni debet, splendore, alias quoque semotas a se, imo & longe dissitas Regiones, transmissis illuc, quos genuerat, Eruditis, illustrare solita est. Remedium damno, quod ex perenni suorum silentio oriri Silesia sentiebat, Orbi Literato (quantum scimus) unicus affer-

re voluit *Nicolaus Henelius*, Rerum patriarum, ut amantissimus, ita peritissimus, scriptisque non adeo paucis de Orbe Erudito optime meritus, congestis Virorum complurium, qui aut vitale lumen, aut habitationis commodum, Silesiæ acceptum retulerunt, Elogiis. Hujus vero *Silesiæ Togatæ* (ita enim librum, quem meditabatur, inscribere ipsi placuit (b)) *Rhonio* (c) judice, *Cordati Silesiæ Literatores meritissimis lacrymis parentant, qua Tineis cedente in Victimam 600. Viri & Toga & Sago de patria bene merentes nominum æternitate, meritorum fama defraudantur.*

Nos

ANIMADVERSIONES NONNULLÆ.

Defraudantur) Plurima Elogia ex *Henelii Silesia Togata MSta* depromta, apparent jam in *Ejus Silesiographia Renovata*, quæ Scholiis uberrimis Reverendissimi *Michaëlis Josephi Fibigeri* stipata, A. 1704. in lucem exiit. Neque alii defuerunt, qui in consignandis Silesiorum Vitis nostra ætate laudandam posuerunt operam, prout videre est *P. I. Miscellaneorum p. 131. sq.* Quibus nunc adjun-

Nos non *Literatos Silesiacos*, (eorum enim Elogia inveniendo magis quam quærendo defatigaremur) sed *Vratislavienses* ab oblivione vindicare voluimus primo; sed statim deterrebamur *Henelii* (d) verbis, *Quod si jam*, inquientis, *Clarorum & omniscia scientia magnorum Virorum, quos Vratislavia vel ipsa peperit, vel alibi partos sinu suo aluit & fovit, Catalogum texere incipiam*,

Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Quapropter in præsenti *Nobiles* saltem *Vratislavienses Literatos*, non omnes, sed aliquos, quos quidem, maturiore politoque, multijuga Experientia ingenio & Librorum ad scopum nostrum ducentium Copia destituti, colligere potuimus, in medium producemus.

Vt autem instituti ratio eo melius constet, Nobiles sistendos promittimus non solum avito sanguine, sed propria virtute, eaque promeritis Dignitatibus summis, claros; Vratislavienses, aut Ortu, aut habitaculo, aut officio, eosdemque Lite-

adjungendus iterum est *Eberti*, cujus *Cervimontium Eruditum* hoc anno, quo hæc scribimus, in publicum prodiit.

Literatos, non ſcriptis omnes inclytos, plurimos tamen, omnes autem Scriptorum judicio Eruditos. Ordine autem hoc procedemus, ut ſecundum ſuas dignitates, quibus feliciter laudabiliterque præfuerunt, nobis citandi prodeant, eodem vero, aut pari officio functi, ſecundum Temporis, quo vixerunt, ſeriem, exhibeantur. Nulli tamen in hoc *Nobilium Vratislavienſium Eruditorum* Elencho hodienum viventes comparebunt: Eos enim aliis aptioribus celebrandos æternitatique commendandos relinquere maluimus, quam, ſi recenſuerimus, adulationis, ſi reticuerimus quosdam, injuſtæ diſſimulationis inſimulari.

Si quid (quod facile eventurum prævidemus) quibusdam minus arriſurum occurrerit, noſtræ his in rebus non adeo exercitatæ Juventuti imputandum erit. Sufficit nobis hac vice exhiberi ſtudiorum in alma Lipſienſi excultorum, nec minus debitæ erga Patriam & ejus quondam Lumina obſervantiæ, teſtimonium; Cui conatui, ut Benedictionem largam viresque ſufficientes addere velit divina Cle-

 men-

mentia, est quod ardentissimis Votis ab ea expetimus.

(a) *In Diva Wartensi C. I. §. 1. p. 32.* cit. *Rhonio Ep. Hist. 3. præf.* (b) *Hankius Orat. 8. p. 157. Rhonius Epist. Hist. 1. fere extr.* (c) *Epist. Hist. 3. præf.* (d) *Breslograph. c. ult. p. 73.*

SUMMARIUM.

Sistet Dissertationis

§. I. *Transitum specialiorem ad argumenti Deductionem.*

§. II. *Causam cur non adeo multos Vratislavia habuerit Principes Eruditos.*

§. III. *Aliquos Principes Eruditionis fama inclytos.*

§. IV. *Studiorum in Silesiam introductorum Historiam, triste Eruditionis fatum apud antiquiores Vratislavienses Episcopos, eique oppositum remedium.*

§. V. *Episcopos Sec. XV. eruditos.*

§. VI. *Seculi XVI.*

§. VII. *Seculi XVII.*

§. VIII. *Alios Episcopos, qui sedem fixerunt Vratislaviæ.*

§. IX. *Aliis Dignitatibus Ecclesiasticis insignes Nobiles Vratisl.*

§. X. *Barones.*

§. XI.

§. XI. *Mutationis Capitaneatus Vratisl. in Præsidum nomen rationem.*

§. XII. *Capitaneos.*

§. XIII. *Præsides.*

§. XIV. *Senatores.*

§. XV. *Consiliarios.*

§. XVI. *Consiliarios, qui simul Syndicorum Munere functi sunt.*

§. XVII. *Militaribus Dignitatibus conspicuos.*

§. XVIII. *Syndicos.*

§. XIX. *Medicos.*

§. XX. *Patricios.*

§. XXI. *Philosophos.*

§. XXII. *Dissertationis perorationem.*

§. I.

AD Vratislaviensem inprimis Nobilitatem nobis referendum videtur effatum illud, quo Silesiorum universam evehit *Gruterus* (a), *Ernesto*, *Friderico* & *Guilhelmo Rhedingeris* ita scribens: *Rara res est, sed vera tamen: ita Nobilitas Silesiaca morata est, ut ultro præ se ferat, cœteris quidem Ordinibus Ornamento Emolumentoque esse literas, suo præterea necessarias.* Probatum iremus prolixius illud, nisi prostaret ingens Exemplorum messis,

Ma [illegible] e qua

e qua ſaltem hac vice parvum exhibere manipulum nobiſcum decrevimus.

(a) Cit. *Henel. Sileſ. p. 74.*

§. II.

Literatis compluribus gaudere Principibus, propter eorum, quibus, antequam Dominium Regum Bohemorum ſubiret, ſubjecta fuit, Ducum paucitatem, non licuit. Et ne hos quidem ſtudia feliciter excolere ſivit ea temporum injuria, quæ ſummis Barbariei tenebris, ut Occidentales Provincias omnes, ita quoque Poloniam, eique adjacentem Sileſiam involutas habebat. Ipſum quippe Latium, priſtini ſplendoris immemor, dura Barbariei violentia premebatur, donec ejectæ, capta Conſtantinopoli, Græcia (quæ ſola fere adhuc priſtinæ ſapientiæ Laudis rudera retinuerat) Muſæ Romam redirent, inde trans Alpes quoque progreſſuræ.

§. III.

Ad §. II.

Tenebris) Qualis olim rei Literariæ ſtatus apud Sileſios fuerit, fuſe ſatis exponit *Hanckius* in *de Sileſiis Indigenis eruditis* libro, *cap. 1. & 2. p. 1. ſqq.*

§. III.

Non dubitat tamen *Curæus* (b) primum inter *Henricos*, Vratislaviæ Duces, propter *Hedvvigis*, Conjugis suæ, miram sanctitatem (c) notissimum, *Principis Sapientis* Titulo insignire, quo cum alii Rerum Silesiacarum Scriptores miro consensu affirmant, datum eum divinitus Principem, ut fugata per eum Barbarie, Pietas Moresque politiores introducerentur (d). *Vladislaum*, Filium *Henrici Pii*, Libertatis Silesiacæ contra Tartaricos furores strenui quidem, sed infelicis admo-

 dum

Ad. §. III.

Henricos) - - *Cui longa dedit cognomina Barba*
Splendida, cujusque Elogium habetur *in Henelii Silesiogr. Renov. c. 7. p. 596. sqq.* Et licet hunc Eruditos inter non retulerit *Hankius l. c.* Tamen ei mitiorem hominum culturam, juraque a feritate mansuefacta, debet Silesia.

Vladislaum) De quo uberior notitia haurienda est ex *Hankii Silesiis Indigenis Eruditis c. 7. p. 26. sqq.* & ex *Fischeri Silesiis extra Silesiam Episcopis Dec. I. n. 3. p. 6. sqq.*

dum Aſſertoris (e), in Patavino Gymnaſio ſtudiis operam non infeliciter navaſſe ex *Henelio* (f) ſcimus, quem dein Salisburgenſem Epiſcopum evaſiſſe, loco Henrici IV. impuberis Ducatui Vratislavienſi præfuiſſe, & ob vitæ animique continentiam, & integritatem, ergaque Pauperes liberalitatem imprimis a plurimis laudari, Hiſtorici ſtudii Cultoribus non ignotum eſſe putamus. *Henricum* quoque *V.* inter medios eos ſqualores, quibus obruta jacebat nitidior reditura Eruditio, ſuos *Amores* Rythmis pro illorum Temporum genio ſat concinnis ceciniſſe conſtat (g). Interſeremus hic *Boleslaum Calvum*, *Henrici Pii* filium, niſi aliud ſuaderet contraria *Naſonis* (h) judicio *Curæi* (i) ſententia, quam, ut cordati ſcriptoris, illius effato (excuſandi forſan) præferendam putavimus.

(b) *In Amores)* Carmina *Henrici* Amatoria Teutonico ſermone compoſita, Liebes-Lieder, etiamnum extare MSta, teſtatur *Hankius l. c. p. 63.* Conf. *Gryphii* Unterſchiedene Alter der deutſchen Sprache *p. 90.*

Putavimus) Ille enim *Boleslaum Caluum* vocat

(b) *In Annalibus Silesiæ Ed. Witenberg. 1571. f. p. 65.* (c) Vid. *Surius* de probatis Sanctorum Historiis m. Octobr. Ed. Colon. 1618. p. 231. sqq. Die grosse *Legenda* der heiligsten Frauen *S. Hedwigis* Herzogin in Pohlen und Schlesien. *Henelius* Breslogr. c. 5. p. 35. sq. *Curæus* l. c. p. 72. sqq. (d) *Schickfusius* L. I. *Pohlius* Hemerologii p. 106. (e) Vid. *Tilenus in Poëmatibus suis a Joh. Mehlio* Lips. 1597. editis *p. 79. sqq.* *Curæus* l. c. p. 69. sqq. (f) *Breslogr.* c. 5. p. 36. sq. *Pohlius* Hemerol. p. 451. 452. (g) *Opitius* & *Hoffmannswaldau* in Præf. Poëmatum, *Abschatz* Carm. gratul. præf. *Arminio Lobensteinii* & alii. (h) *Phœnicis Redivivi Ducatuum Suidn. & Javor. p. 13.* (i) *l. c. p. 78.*

cat einen gelehrten und weisen Fürsten; Curæo vero audit: Μωρόκακος *stupidus, infans & injustus.* Nominandus itaque loco illius potius est *Jaroslaus*, Dux Vratislaviensis & Episcopus, nullo quidem scripto, miro tamen ingenio, maxime Nissensi Dono, inter Silesiorum Episcopos seræ posteritati memorabilis, de quo videatur *Hankius l. c. c. 4. p. 14. sqq.* ut & *Scholiastes Henelianus Silesiographiæ Renovatæ c. 8. p. 69.* Nec non *P. I. Miscellaneorum p. 46.*

§. IV.

Misit interim Roma varios Episcopos pro eorum temporum indole satis eruditos, quorum Secundus *Vrbanus I.* Silesiam bonarum Artium studiis imbuere cepit (l). Post aliquod tamen tempus præterlapsum cum Episcopis reliqui quoque Clerici luxui magis quam studiis favebant, cujus infortunii vix alia esse videbatur occasio, quam quod Bonis, quibus *Casimirus I.* Polonorum Rex *Hieronymum I.* donaverat, frui, quam uti mallent (m). Huic denique Vratislaviensium Episcoporum (quorum primus citatus *Hieronymus* extitit (n)) Ignorantiæ obicem ponere quære-

Ad §. *IV.*

Cepit) vide *P. I. Miscellaneorum p. 188. sq.*

Casimirus I.) De quo confer *Eadem p. 45.*

Hieronymum I.) Qui erat Vrbis Romanæ nobilis, Jurisque Pontificii peritus. Hoc vero sedem tenente *Casimirus* Collegium Episcopi Silesii *Bicinense* A. 1052. Vratislaviam in Insulam Vrbi vicinam transtulit, ac magis idonea redituum dotatione auxit & amplificavit. Vid. *Hankius de Silesiorum Rebus p. 237. sqq.* & *Henelii Scholiastes l. c. c. 8. p. 47. sq.*

quærebat *Concilium Basiliense*, *Cunrado I.*

M 5 (qui

Cunrado I.) Imo ipse *Conradus* licet literis non ultra mediocritatem politus erat, suppleturus posthac, quicquid in se ipso desiderabat, in aliis doctis, maxime Silesiis, æquum hoc faciebat Decretum: *Ne quis deinceps ullam in Ecclesia Vratislaviensi Provinciam consequeretur administrandam, nisi aut Silesius, aut gradibus insignitus sit Academicis*; Quam Constitutionem non solum Vratislaviense Canonicorum Collegium approbabat, sed ipsum quoque Concilium Basiliense postmodum confirmabat. Cæterum hic Episcopus ab omni fastu & arrogantia erat alienus, ad iram vero pronus, vinoque ventrique plus æquo deditus, qui propterea etiam, nisi conjectura est vana, consuetudinem in Ecclesia sua Cathedrali introduxit; *Nemini ut beneficium in eadem Ecclesia conferret, nisi illi ante lagenam vini Malvatici obtulisset*; Quæ Consuetudo etiam postea usu atque ætate in debitum transiit: adeo quidem, ut inter *Rudolphi* etiam Episcopi *Statuta* (quæ *Capitula* vocant) reperiatur. Videatur de eo pluribus *Hankius de Silesiis Indigenis c. 27. p. 130. sqq.* ut & *Scholiastes Henelianus l. c. c. 8. p. 109. sqq.*

(qui e Principum Olsnensium Stemmate oriundus ab A. 1417. usque ad A. 1447. Ecclesiæ Vratislaviensi præsedit) Decretum transmittendo, quo cavebatur, ne in aliquem Ecclesiastica conferretur Dignitas, nisi eam, in qua ambiret honores Ecclesiasticos, Regionem ut Patriam veneraretur, aut Gradu Academico in ipsum collato

Decretum transmittendo) Equidem *Schickfusius L. 3. c. 6. p. 45.* sibi persuasum habet, illud Decretum nondum in vulgus editum esse, & vel in Bibliotheca Vaticana, vel apud Canonicos Vratislavienses asservari. Quod vero in fine *Partis primæ statutorum Rudolphi Episcopi* insertum legitur hoc titulo: *Bulla Confirmatoria Statuti, de alienigenis, nisi qualificatis, non recipiendis, nec admittendis.* Data autem fuit hæc Bulla, observante *Cl. Rungio Spec. I. Miscellaneorum p. 14.*, in Synodo Basiliensi Anno 1435. Idib. Decembr. ad Abbatem Monasterii B. Mariæ in Arena extra Muros Vratislavienses, qua ipsi potestas injungitur, statutum illud de alienigenis, re bene explorata, nomine & Autoritate Synodi datis literis approbandi confirmandique.

collato commendaretur (o). Invenimus tamen eo quoque tempore, quo plus gulæ quam bonis Artibus ſtudebant Clerici, *Wenceslaum I.* Ducem Lignicenſem, Epiſcopum

Wenceslaum I.) Qui & ipſe non ſolum *Conſtitutiones de variis Rebus Eccleſiaſticis*, quas in Cathedralis Vratislavienſis Eccleſiæ ſtatutis Synodalibus antiquis *Martinus*, Epiſcopus Vratislavienſis, *Vratislaviæ 1585. in 4.* edidit, conſcripſit, ſed & A. 1416. *Jus Eccleſiaſticum*, vulgo das Kirchen-Recht, publicavit, ſic nominatum, non quod de rebus Eccleſiaſticis, ſed de jure Succeſſionis, inter ſubditos Eccleſiæ, conjuges præſertim, qui liberos ex ſe invicem ſuſceperint, agat. Id totum *Schickfuſius* in Chronicon ſuum Sileſiacum tranſtulit, ubi & *L. 3. c. 33.* reperitur. Sanxit autem inter alia ibidem *de Succeſſione hominum Eccleſiæ ſubjectorum* hunc in modum: Würde es aber Sache, daß ſich die Menſchen in der Ehe vererbeten, und Kinder hätten, viel oder wenig, ſtirbt eines unter den Eltern, ſo ſoll die Helffte des Gutes bleiben bey dem, das da lebend iſt, wenn es vor der Vorerbunge wegen ein gemein

ſcopum Vratislavienſem, adeo faviſſe Hiſtoriæ Patriæ ſtudio, ut *Orango* Clerico Author ſuaſorque exiſteret Rerum Sileſiacarum nec non Familiarum Ducalium notitiæ ſcriptis ab oblivione vindicandarum (p).

(l) *Curæus*

mein Gut iſt worden, und die andere Helffte des Gutes ſoll gefallen an die Kinder, wie viel der iſt. Quod vero Jus quoad Oppida Epiſcopalia a *Balthaſare* Præſule poſtmodum varie immutatum fuit, inprimis *de Succeſſione Conjugum* ita ſanciente: *Ut mortua uxore liberis hæreditatis maternæ loco ex communibus bonis non niſi tertia pars, marito autem duæ partes debeantur.* Vid. *Henelii Sileſiographia Renovata c. 11. p. 1036.* Cæterum de *Wenceslao* plura addere ſuperſedemus, cum Vita ejus curate deſcripta legatur apud *Hankium l. c. cap. 21. p. 108. ſqq.* Conferendus quoque *Scholiaſtes Henelianus c. 8. p. 104. ſqq.*

vindicandarum). Hic Epiſcopi Voluntati morem gerens, prolixum quoque Tabularum Volumen confecit, ſed forſitan prolixitate operis deterritus, vix ad *Boleslai Proceri* ætatem progreſſus, animum mutavit, cœptumque laborem ulterius

(l) *Curæus* l. c. p. 376. sq. *Schickfusius* L. 2. p. 16. *Conradus* Prosopograph. Mel. Episcopor. Vratisl. cit. *Rhonio* Ep. 2. Hist. lit. b. 4. col. 2. (m) *Curæus* l. c. p. 378. (n) *Idem* ibidem. (o) *Idem* p. 385. (p) *Rhonius* Epist. Histor. I. lit. a. 4. col. 1.

§. V.

Viguit aliquandiu, de quo *præcedente* §. verba fecimus, Decretum; Nam *Conrado*, superius memorato, successit *Petrus II.*, Cognomento *Novak*, non celebri stirpe, nec avorum aut parentum meritis, sed sola eruditione, qua Titulum & Privilegia Doctoris Juris Canonici meruerat,

ulterius extendere destitit; Vid. *Rhonius Fasc. II. de quibusdam ineditis Historiæ Silesiacæ Scriptoribus lit. a. 4. col. 1.*

Ad §. V.

Novack) A patria, Territorii Nissensis pago, cui nomen *Novacum*, cognomentum hoc nactus est *Petrus II.*, quemque plebejo ac humili quamvis loco natum, singularis virtus, doctrina, & in rebus agendis prudentia ad Episcopatus apices evexit; de quo pluribus agit *Hankius l. c. c. 30. p. 144. sqq.* & *Scholiastes Henelianus c. 8. p. 112. sqq.*

ruerat, commendabilis (q). Excipiebat eum *Jodocus L. B. a Rosenberg*, Ordinis S. Jo-

a Rosenberg) Familia natus fuit perillustri, ea nimirum, cujus primam originem plerique referunt ad *Vitigionem*, qui ex florentissimis Italiæ Principibus *Vrsinis* (sed qui & ipsi ex antiquissima Germanorum Principum familia *Ascania* sive *Anhaldina* prodiisse existimantur) oriundus, bellicæ laudis gloriam in Bohemiam secum intulit, ac gentem *Rosenbergicam* condidit: quæ cum præclaros Viros atque heröes progenuisset, in Illustrimo *Petro Vrsino Rosenbergio*, ejusdem domus ultimo, A. 1612. ætatis 73. sine Liberis obdormiscente, defecit. Hac igitur tam inclyta gente minime indigne noster vixit, vir, ut corpore vasto & optimo, sic eloquentiæ, doctrinæ, ac prudentiæ singularis, animi magni & liberalis, ac cætera quoque omni laude dignus: excepto quod crapulæ, ac varietati eduliorum, quæ saccharo plerumque condienda curavit, intemperantius aliquando deditus esset. Germanicæ insuper linguæ parum gnarus erat: ideoque Conciones ad Populum in suo templo latinus habuit, quas [illegible] deinde

S. Johannis Hierosolymitani Supremus Magister, cujus raram eruditionem & haud vulgarem Eloquentiam, Historiæ Silesiacæ Scriptores laudare solent (r). Nec aliud quid *Rudolphum I.* ad Episcopale vesti-

deinde alius est interpretatus;. Vid. *Hankius de Silesiis Alienigenis c. 8. p. 338. sqq.* & *Scholiastes Henelianus c. 8. p. 116. sqq.*

Rudolphum I.) Qui ex Dioecesi Moguntina erat oriundus, & Episcopum in Italia Lavantinum agebat prius, antequam ad Episcopale Culmen eveheretur Vratislaviense, teste Monumento sepulchrali, quod in Vratislaviensi S. Johannis Cathedrali Templo superest:

Missus ab Vrbe fuit Legatus Præsul in istas
RVDOLPHVS *Terras: Rhenus eum genuit.*
Ex Lavantina Clero Populoque vocatus
Ecclesia, Meritis accipit hic Cathedram.
Fauste quam tenuit: tetris agitatus in annis:
In Domino tandem mortuus Astra petit.
M CCCC LXXXII.

Vid.

veſtigium evexit, quam ingens, qua cœteros anteibat, ſcientia (s). Ejus Succesſor *Johannes IV. Rothus*, Vir optimus, doctiſ-

Vid. *Hankius l. c. c. 9. p. 353. ſqq.* Vbi tamen in Catalogo Scriptorum, *Ejus ſtatuta Capituli Cathedralis Vratislavienſis*, quæ *Cl. Rungius Spec. I. Miſcellaneorum Literariorum p. 11. ſqq.* recenſet, non occurrunt. Conferatur quoque *Scholiaſtes Henelianus c. 8. p. 119. ſqq.*

Johannes IV. Rothus) In Anteceſſoris Modum ex Lavantino Vratislavienſis deſignabatur Epiſcopus, *Rothus* noſter, *Wembdingenſis Suevus.* Humaniora vero ſtudia, præſertim ad Eloquentiam Latinam directa, Præceptore *Laurentio Valla*, auſtero illo Scriptorum Cenſore, cui jamjam mortuo quidam tale condidit Epitaphium:

Heic eſt Valla *ſitus, qui nulli parcere novit;*
Si quæris, quid agat? Jam quoque mordet humum.

Romæ coluit; Pontificii autem Juris notitiam intra Gymnaſium Patavinum ſibi comparavit. Innotuit inſuper *Aenea Sylvio*, *Franciſco Philelpho*, *Baptiſta Guarino*, *Poggio Florentino*, ac ceteris illius

doctissimus, prudens, gravis, ut verba Epitaphii, in ejus honorem erecti, volunt (t), ob exculta laudabiliter in Italia studia,

---

illius ætatis Viris doctis, & de Ecclesia Vratislaviensi tam præclare meritus fuit, ut honorifica ejus in Annalibus reperiatur mentio. De quo evolve *Hankium l. c. cap. 10. p. 358. sqq.* & *Scholiasten Henelianum c. 8. p. 123. sqq.*

Verba Epitaphii) Quod integrum ita se habet:

Anno M. D. VI. 21. Die Mensis Januarii, obiit Reverend. in Christo Pater, Dominus JOANNES, *Episcopus Vratislaviensis, magnus Ecclesiæ suæ Benefactor, & Ædificiorum veterum Instaurator summus: Cui Deus misereatur.*

Fulva hæc imago, quam vides Lector, Quarti
JOANNIS *est Antistitis.*
Saxo abditum Corpus jacet latissimo
Inter Chori subsellia.
Annalibus vitam lege: hoc dicam tamen,
Quod nec negarunt invidi:
Vir optimus, doctissimus, prudens, gravis,
Magno omnium Luctu perit.
M. D. VI.

ſtudia, ſcripta eruditiſſima, commerciumque, quod cum doctiſſimis ſui ævi Viris, alebat, literarium, a *Pio* P.R. crebriores accepit literas (u).

(q) *Curæus* p. 385. *Schickfuſius* l. 3. c. 24. (r) *Curæus* p. 386. *Schickfuſius* l. 3. c. 24. *Poblius* Hemerol. p. 48. (s) *Curæus* p. 386. *Schickfuſius* p. 25. (t) *Grunæus* in Monum. Sileſ. periculis p. 10. (u) *Curæus* p. 387. ſq.

§. VI.

In ejus locum electus *Johannes Thurzo*, ſtudioſorum omnium præſentisſimi

Ad §. VI.

Jo. Thurzo) Eques Polonus Literatus & Literatorum Mæcenas maximus, de quo *Caſpar Vrſinus Velius* ſic canit:

---- Sileſiacis JOANNES præſidet oris
Sacrificus. Quicunque eſtis, quorum infula frontem
Ambit, & in populis ſummi Jovis ora refertis,
Parcite dicturo verum: quippe omnibus anteit
Inſigni pietate, ac puræ tramite vitæ
Innocuo: poſitis poſt ſumma negocia curis
Vtitur

ſimi Mecænatis Virique haud mediocriter erudi-

Vtitur ingenue ſtudioſus Apolline dextro,
Et caſtas tetrica miſcet cum Pallade Muſas.
Nec decus eloquii, nec terſæ gloria linguæ
Deſit, ſeu doctis Orator pectora flectit,
Seu mentes hominum cultiſſima littera mulcet.
Quæque eſt Principibus virtus vel maxima ſanctis,
Largitur melius nemo, atque uberrima dona
Confert, ſed meritis tantum, ſed munere dignis:
Inprimis ſapiens ſe ante omnia noſſe laborat.
Hos quidem, atque alios mores in Principe raros
Vna omnes miremur, & omni laude feramus
Poſſediſſe virum.

Præterea fictorum Miraculorum gravis erat oſor & *Martini Lutheri* Dogmata prudenter Æſtimationi ſubjiciebat, hincque *Johannem Heſſum*, Theologum Vratislavienſem, amabat & defendebat, & nunquam ſe commoveri patie- batur,

eruditi Elogium meruit, & literario Commercio, quod cum Erasmo aliisque Viris ejus temporis celebrioribus exercuit, notissimus exstitit (w). Eum excepit *Jacobus a Salza*, SS. Theologiæ Doctor, cujus [illegible] Sapien-

[illegible]

batur, ut in Evangelicos inhumanum Persecutoris Gladium arriperet, prout pluribus videre est apud *Hankium l. c. c. 12. p. 365. sqq.* Conf. *Scholiastes Heneliamus c. 8. p. 128. sqq.* & *Czwittingerus in Specimine Hungariæ Literatæ p. 382. sq.*

Jac. a Salza) De gente *Salzia*, quæ Cognomen ab Oppido *Salza Thuringorum* obtinuit, legi meretur *Martini Bohemi* Krieges-Mann in *Dedicatione* & *Caspar Dornavius* in *Equite Christiano*. Ex ea autem imprimis eminuit *Jacobus*, qui ex Præfecto Regio Principatus Glogaviensis, Episcopus non solum Vratislaviensis, sed & Silesiorum supremus factus est Capitaneus, cujusque vita *P. X.* der Müßigen Stunden *p. 65. sqq.* legitur. Inter alia vero, quæ suo tempore vidit fieri multa, adspexit quoque Reformationem Ecclesiarum, ac repurgationem Religionis Christianæ, quam magna Pars Silesiæ cupide amplectebatur, & inter cæteras Urbes gentis nostræ Vra-

Sapientiam & Fidelitatem mirati ſunt omnes, qui Electioni Imperatoris *Caroli V.* interfuerunt, quemque Virum in Reformationis opere divinitus conceſſum omnes pii ſtatuunt (x). Hoc mortuo Eccleſiam Vratislavienſem rexit *Balthaſar a Promnitz*, Vir prudens, qui prudenter Luthe-

Vratislavia; Neque tamen ad ſævitiam injuſtam erga Eccleſias naſcentes ſeſe accendi paſſus eſt: Verum potius orta ex diſſidiis Religionis certamina ſapienter mitigavit, & *Ambroſio Moibano*, repræſentato ſibi, dixiſſe fertur: *Ito & doceto Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti in Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti;* Confer *Hankii Sileſios Indigenas* c. 78. p. 246. ſqq. *Henelii Scholiaſten* c. 8. p. 132. ſqq. *Meiſneri Equites Sileſios honoribus Academicis fulgentes* n. VIII. & *Cl. Rungii Miſcellanea Literaria* Spec. IV. p. 98. ſqq.

Balth. a Promnitz) Promnitziorum hodie S. R. I. Comitum, ante Baronum, olim Nobilium aut Equitum duntaxat, domus Genethliaca fuit *Leſſendorffium* in Freyſtadienſi Diſtrictu Ducatus Glogovienſis. Inter præcipua vero hujus Illuſtriſ- ſimæ

Lutheranos tolerare maluit, quam irrito conatu fortunatis eorum ſucceſſibus reſiſtere (y). Subſecutus eſt eum *Caſpar à Logau*, Vates bonus, arte omnimoda excellens

ſimæ Proſapiæ Lumina & Columina numerandus eſt *Balthaſar a Promnitz*, non ſolum Epiſcopus Vratislavienſis, verum & ſupremus inſuper Sileſiorum Capitaneus, Princeps ſingularis ingenii, magni Conſilii & eloquentiæ: in rebus agendis ſtrenuus ac vigilantiſſimus: Concordiæ & pacis quamvis inter diſſidentes de Religione ſtudioſiſſimus, atque ob id a perſecutione Evangelicorum alienus, cujus præclariſſimas laudes celebrat *Scholiaſtes Henelianus c. 8. p. 136. ſqq.* Confer *P. I. Miſcellaneorum p. 103. ſq.* & *Chytræi Delicias Variorum Itiner. p. m. 325. ſq.* Vbi Epitaphium ejus exhibetur.

Caſp. a Logau) Ex Nobiliſſima familia Domus Altendorff Ducatus Suidnicenſis hic oriundus, non æquavit modo Majorum ſuorum pace belloque clariſſimorum gloriam, ſed & ſuperavit longiſſime. Laudes vero ejus, cumprimisque Eruditionem ſingularem, facundiam mellitam, ſtyli in utraque Oratio-

ne

cellens & Pietate (z). Successorem na-
ctus Virum Celebrem, *Martinum Gerst-
mannum*, J. V. D., qui varios, suæ Eru-
... ditionis

ne prosa & versa elegantiam, & noti-
tiam Antiquitatum & Historiarum, ve-
ris ac vivis coloribus *Johannes* depinxit
Seckervitius in Elegia gratulatoria,
quam sub nomine *Silesiæ*, *Virorum*, *in-
geniorum*, *& Musarum Altricis*, ad no-
vum Vratislaviensium Præsulem scri-
psit. Confer *P. I. Miscellaneorum p. 110. sq.*

Mart. Gerstmannum) Natus hic Boleslaviæ familia quidem honesta & Senatoria, sed in re minus lauta, d. 8. Martii A. 1527. hinc virtutum Ejus & ingenii Gloria eo magis suspicienda, quod vix ullo Majorum splendore commendatus, nec nisi exiguis fortunæ opibus subnixus, suis ipse meritorum monumentis per varios honorum gradus, in diversis muneribus & functionibus probatus, ad hoc Illustre Dignitatum culmen conscenderit. Præter spem vero atque opinionem suam, consentientibus Canonicorum suffragiis compluribus, aliis præteritis, ad Infulas delectus fuit. Cujus quidem rei fama ad Imperatorem *Maximilianum* delata, tam illi grata acci-

 cidit,

ditionis Testes, libros reliquit, cuique ante

cidit, ut epistola ex Molendino Cattenburg, proprio manu scripta, & secretiori parvo obsignata sigillo, iterum atque iterum Episcopo electo humanissime gratularetur his verbis: Lieber Gerstman, in dieser Stunde habe ich von meinen *Commissariis* und eurem Schreiben vernommen *vestram electionem in Episcopum Vratislaviensem, quod faustum & felix sit.* Bin auch damit nicht allein zufrieden, sondern sie hätten keinen *eligiren* können, noch mögen, *qui mihi fuisset magis gratus.* Denn ich euch kenne, und gar nicht zweiffle, daß ihr das herein bringen werdet, so die vorige Bischoffe per negligentiam unterlassen haben. *De reliquis postea ulterius scribam.* Et iterum: *Vobis gratulor de electione in vestram personam facta.* Denn ich euch auch *in reliquis, quæ necessaria erunt, sive Romæ, sive alibi, non deero. Sed vobis libentissime in omnibus adero, & promovebo tanquam illum, qui mihi est gratissimus. Dat. in Molendino Cattenburg. 5. Julii A. 1575.* Obiit tandem d. 22. Martii A. 1585 & in Testamento mille thalerorum hæredem, *Wenceslaum Cromerum*, Secretarium

ante confirmatam a P. R. Electionem Præfectura Silesiæ summa concredita est (a). Post

rium suum, scripserat, ut Historiæ Silesiæ, ipsius auspicio scribi cœptæ, Colophonem adderet, eamque luci publicæ exponeret. Cœperat nimirum eam historiam juxta seriem Episcoporum Vratislaviensium, superstite adhuc Præsule *Martino*, scribere: Sed sive publicis Reipublicæ & Aulæ Episcopalis negotiis, sive aliis difficultatibus impeditus, ultra *Conradi* Antistitis Vratislaviensium tempora non processit. Tametsi vero eam expositionis suæ partem jam satis haut dubie enucleatam eleganti manu describi curaret, ut Bibliothecæ S. Johannis consecraret; Illa ipsa tamen, ingruente Temporum infelicitate A. 1632, commune cum cœteris libris fatum habuit. Vt nunc quidem non nisi Schedia, etsi minime integra, supersint, primam sive Concinnationem sive Delineationem Historiæ illius patriæ continentia; Vid. *Scholiastes Henelianus* in Elogio Gerstmanni *c. 8. p. 142. sqq.* & *Rhonius Fasc. II. de quibusdam ineditis Historiæ Silesiacæ Scriptoribus Lit. A. 4.*

Præfectura Silesiæ) Ab *Caroli*, Ducis Monsterbergensis, obitu, Præfectura utrius-

 que

Poſt hunc Cathedram Epiſcopalem conſcendit *Andreas a Jerin*, *Svevus*, SS. Theologiæ Doctor,

Cujus

que Sileſiæ, non conniventibus modo, ſed & haud raro impenſe id flagrantibus Principibus ſecularibus, quod ſumptus ad Magiſtratum illum neceſſarios facilius ferre poſſent Præſules, perpetua fere ſerie penes Epiſcopos exſtitit Vratislavienſes; Vid. *Henelius l. c. c. 10. p. 910.*

And. a Jerin) Qui ut ipſe doctrina præditus erat, ſic viros doctos amore & favore, aliis ſui ordinis inſolito. non admodum certe frequenti, proſequebatur; Cujus in illo illuſtria multa, ſed unum præclariſſimum argumentum, quod Virum politiſſimum & inimitabilis Eloquentiæ, *Juſtum Lipſium*, magnis inuſitatisque ad ſe præmiis & honoribus invitandum cenſuerit, tradente *Scholiaſte Heneliano c. 8. p. 147. ſqq.* Inter merita præterea ejus erga Eccleſiam Cathedralem Vratislaviæ præcipua & referendum, quod aram argenteam mirifice per *Paulum Nitſch*, Aurifabrum, elaboratam & 10000 Taleris Sileſiacis æſtimatam una cum duobus candelabris ex

Cujus Dexteritas, mentis Vigilantia, Candor,
Eloquium, Pietas, rectoque modestia vultu,
Atque fides sincera Viri nullo excidet ævo (b).

Vltimus denique ejus Seculi Episcopus *D. Paulus Albertus*, *Svevus* natione, per

ex puro argento pro 400 taleris ejusdem pretii taxatis, proprio ære confici & fieri curaverit, addita hac tabula argentea:

Andreas, Episcopus Wratislaviensis, Silesiæ Supremus Capitaneus, Altare hoc ex puro argento conflatum, ut pietatis suæ in Deum, & munificentiæ in Ecclesiam monimentum exstaret, proprio ære F. F. M. D. XC.

Albertus) De quo verissime Poetarum quidam nostratium scripsisse videtur:

Ipse animo certe magnum & memorabile movit,
Sed pensum ipse sibi, quod longum dixerat, eheu!
Præter spem, JOVÆ nutu, dira Atropos occat.

Hujus enim gubernatio, qua Ecclesiastica, qua Politica, minime fuit diuturna; Anno

per jurgia, quod exterus esset, ad Episcopalem pervenit honorem, quem eruditio singularis commisso ei laudabiliter omnino Episcopatui præfuturum, jure pollicita fuisset, nisi inopinata morte præventus ante obtentam a R. P. confirmationem vitam finiisset (c).

(w) *Curæus* p. 388. *Schickfusius* l. 3. p. 27. Conf. *Erasmi Epist.* l. 5. p. 237. l. 15. p. 473. l. 6. p. 261. Edit. Froben. (x) *Curæus* p. 389. *Schickfusius* p. 27. *Pohlius* p. 319. *Sucvus* in Mnemos. Leor. (y) *Curæus* p. 389. (z) *Freherus* Theatri P. 2. p. 896. *Schickfusius* p. 29. (a) *Henel. Silesiograph.* c. 6. p. 91. (b) *Calagius* passim & *Schikfusius* l. 3. p. 29. (c) *Schickfusius* p. 30.

§. VII.

Inter hujus Seculi Episcopos Vratislavienses Nomen Eruditorum meruerunt *Johannes Vitus a Sitsch*, omnes superans Nobi-

Anno quippe insequenti 1600. pridie Nonas Maji repentina morte, quum pallium haut dum accepisset, Nissæ extinctus fuit; Vid. *Scholiastes Henelianus* c. 8. p. 153. sqq.

Ad §. VII.

Jo. a Sitsch) Equestri eaque antiquissima apud

Nobilitate ſuos animo & Virtute priores (d); *Carolus*, Auſtriæ Archi-Dux (e) &

apud Sileſios familia natus, Juris Canonici & Civilis in Germaniæ atque Italiæ Academiis eruditus, & apprime doctus fuit; Cujus ſpectata virtus, & prudentia, magnarumque rerum ſcientia, ipſi tantum auctoritatis & exiſtimationis conciliavit, ut unus e toto Canonicorum Collegio, in quo tunc Præpoſitum agebat, dignus viſus ſit, qui loco *Pauli Alberti* ad infulas deligeretur; Vid. *Scholiaſtes Henelianus* c. 8. p. 155. ſqq.

Carolus) Hic ob ſingularem prudentiam, hinc eloquentiæ gravitatem, ex variarum & rerum & linguarum uſu, morum denique Majeſtatem, cum amabili temperatam pulchritudine, atque etiam doctrina liberaliſſima, Poſteritati commendatur a *Scholiaſte Heneliano* c. 8. p. 157. ſqq. Interceſſerunt vero illi cum Principibus atque Ordinibus Sileſiæ cum propter Cæſareum de Libertate Religionis iis conceſſa Decretum, tum propter ſupremam Sileſiorum Præfecturam ad ſolos Principes Sæculares reſtricta, diſſidia non levia, de quibus autem tacere præſtat, quam pauca dicere.

& demum *Sebaſtianus Roſtock* (f), igno-
bili

Seb. Roſtock) Iſte ad Epiſcopatum non ſubito pervenit, ſed per omnia officia Eccleſiaſtica promotus ad ſacerdotii ſublime faſtigium aſcendit, teſte Epitaphio, quod Niſſæ ad S. Jacobum legitur:

Hoc monumentum A. MDCLXXIV.
Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis
Sebaſtiani
Epiſcopi Wratislavienſis, & Supremi Capitaneatus per utramque Sileſiam
Adminiſtratoris.
Qui
Grotgovia oriundus per Virtutum tramites
ad altiora evectus
Parochus Niſſenſis factus, abinde propter
fidem Auguſtiſſimo Cæſari juratam a
Suedico milite captus, poſtea
Archi-Diaconus Cathedraticus promotus,
utramque Sileſiam ad orthodoxam fidem
reformatione cum periculo vitæ per-
acta perduxit:
Atque ideo Sereniſſimorum Archiducum
Leopoldi Guilielmi & Caroli Joſephi
Epiſcoporum Wratislavienſium Adminiſtrator Plenipotentiarius Declaratus,
Tandem

bili ortus domo, Eruditione tamen insignis. Horum Nomina non ut Episcoporum, sed Literatorum Nobilium recensere voluimus, ne prætermissi a nobis, aut nesciri aut promerita defraudari fama videri queant.

(d) *Schick-*

Tandem cum applausu universali Episcopus Electus, Symbolum gerens: Secura mens juge Convivium.

Omnem vitæ suæ rationem pro DEO, Ecclesia, & Cæsare dirigens in Conscientia recte factorum

ultimam diem clausit Wratislaviæ d. 9. Junii A. D. MDCLXXI.

Posuit debitæ gratitudinis ergo, ab alte memorato Principe

Præsidio Regiminis Excelsi Nissensis honoratus,

Et Prælatura Custodiæ Cathedralis donatus

Johannes Henricus Heyman de Rosenthal.

Caspar Henricus L. B. de Rosenthal hæres perfecit.

Conf. *Sholiastes Henelianus cap. 8. p. 169. sqq.* Canonicus cum adhuc esset, a Cæsare pro se, suisque ex sororibus duabus Nepotibus Nobilitatem cum Prædicato *a Rostok* adeptus est.

(d) *Schickfusius* l. 3. p. 31. (e) *Idem* p. 31. sq. (f) *Mühlpforti Poëm. Miscell. Lat.* p. 75. sq.

§. VIII.

Episcopos Vratislavienses excipiant Episcopi duo, qui sepositis Ecclesiasticis Dignitatibus vitam Vratislaviæ privatam agere maluerunt, quam curis, quas Episcopis crebriores occurrere senserant, diutius premi. Alter horum est *Johannes Vitesius*, Episcopus Varadiensis & Olomucensis, nec non, secundum *Petrum de Revva* (g), aliquando Sirmiensis, Amicus *Matthiæ* Hungarorum Regis & in graviolibus negotiis sæpissime Legatus, ingenio & in-

Ad §. VIII.

Johannes Vitesius) Hic quoque supremam Silesiæ Præfecturam egregie quidem sed brevi tempore administrasse dicitur apud *Henelium Silesiographiæ Renovatæ* c. 10. p. 901. Hinc *Ejus Scholiastes* l. c. p. 907. sic de eo canit:

Præfectum ex Waradein dat Pannonis Ora Joannem;
Sed quem Francisci funis, & Ordo (amorque) rapit,

Confer *Cl. Pantkii Præpositos Vratislavienses* p. 9. sq.

& induſtria ad illud honoris culmen evectus, qui A. O. R. M. CCCC. XLII. Vratislaviæ habitum & Regulam *Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia*, aliud nomen a Reformatore *Bernhardino Senenſi* adeptorum, aſſumſit (h). Alter propter eruditionem ſuam toti Orbi innotuit, *Andreas Dudithius ab Horebovvizza*, Epiſcopus

Dudithius) Inter celeberrimos ſeculi decimi ſexti Viros omnino referendus eſt *Duditius*, vel ut communiter ſcribitur *Dudithius*, quemque *Bœclerus in Bibliographia Critica p. m. 35.* falſo Anglum vocat, cum tamen ſatis conſtet, eum Budæ in Hungaria, aut prope Budam eſſe natum. Hic nonnullis ut Vir eruditus, cordatus, & moderatus laudatur: ab aliis autem ut frigidus in religione, nec ſibi ſatis conſtans, imo Socinianorum partibus addictus vituperatur. Hoc ſane certum eſt, & ex ejus Scriptis ſatis ſuperque patet, ſectatorem atque fautorem Hæreſeos abominabilis *Sociniaſmi* Dudithium fuiſſe: Aſt num etiam ad mortem usque in eadem perſeveraverit, ex loco Sepulturæ eidem Vratislaviæ, in Templo Evangelicorum Cathedrali, S. Eliſabethæ dicato, tri-

O buto

pus Quinqueccleſienſis & Cæſareus ad *Henricum Valeſium*, Polonorum Regem, Lega-

buto, dubium mihi ſuboritur, id quod profecto hautquaquam contigiſſet, niſi ad ſaniorem mentem eum revertiſſe conſtitiſſet. Atque hinc Evangelicæ Religioni addictis adſcribit eum *Rollius in Bibliotheca Theologorum nobilium p. 115.* Epitaphium autem illius in latere Orientali dicti templi, ad dexteram Altaris ſummi, hoc verborum ordine diſpoſitum legitur:

D. O. M. S.
ANDREÆ. DVDITH.
AB. HOREHOVICZA.
DNO. IN. SMIGLA.
ANTIQVISS. PROSAPIA. VIRTVTE. SINGVLARI. ERVDITIONE. MVLTIIVGA.
DIVERSARVM. LINGVARVM. EXCELLENTI.
COGNITIONE. PLVRIMARVMQVE. ET. MAXIMARVM. RERVM. VSV.
VERE. ILLVSTRI.
INCOMPARABILI. VIRO.
III. IMPP. FERDINANDI. I. MAXIMIL. II. RVDOLPHI. II. CONSILIARIO.
ORATORI. PRIMARIO.
SVMMIS. HONORIBVS. TVM. SACRIS. TVM.

Legatus, habitis in Concilio Tridentino quibusdam Orationibus nomen non exiguum

TVM. PROPHANIS. LEGATIONIBVS. AMPLISS. APVD. EXTEROS. REGES. ET. DYNASTAS. MAXIMA. CVM. LAVDE. PERFVNCTO.

CARISSO. OMNIBVS. ADVERSO. NEMINI. CVNCTIS. ADMIRATIONI. MARITO. EXOPTATISSO. ATQVE. DESIDERATISSO. SVO. ET. LIBERORVM. NOMINE. MVLTIS. CVM. LACRIMIS. POSVIT.

ELISABETHA. EX. ILLVSTRI. ET. AMPLISSA. SBOROVIORVM. FAMILIA. ORIVNDA.

QVÆ. VT. IN. HAC. VITA. CVM. DVLCISSO. CONIVGE. PER. ANNOS. X. CONIVNCTISSIME. VIXIT. ITA. NE. MORTVVM.

QVIDEM. DESERERE. SED. CVM. EODEM. IN. EODEM.

SEPVLCHRO. QVIESCERE. VOLVIT.

VIXIT. MARITVS.
A. LVI. D. VII.
OBIIT. BRESLÆ.
XXIII. FEBR.
MDLXXIX.

ILLA. VIXIT.
A.
M.
D.
OBIIT.

 Vitam

guum adeptus, qui relicto Episcopatu reliquum Vitæ Vratislaviæ privatus egit, multis eruditionis famam suaque merita fluctuatione in Religione non leviter obfuscasse visus (i).

(g) *De Monarchia & Corona Regni Hungariæ p. 46. in notis Lit. K.* (h) Confunditur cum *Johanne Pannonio*, Episcopo Quinq-ecclesiensi, a *Curæo p. 214.* notante *Henelio Breslograph. p. 16.* Laudatur a *Curæo* l. c. *Bonfinio* Decade 4. Lib. 10. sub finem. *Nasone* Phoen. rediv. Duc. Suidn. & Javor. p. 128. *Pohlio* Hemerol. p. 217. *Schickfusio* l. 1. c. 38. p. 169. &c. Judicium de eo paulo iniquius ferente *Petro de Revva l. c. p. 55.* Notari hic mereri

Vitam ejus scripsit *Quirinus Reuterus*, Palatinus, in Academia Heidelbergensi Professor, qui eam Opusculis *Dudithii* Offenbaci 1610. junctim editis, præmisit, & cujus præcipue vestigiis *Observationes Halenses Latinæ T. V. p. 348. sqq.* insistunt. Cæterum tantus Eloquentiæ Tullianæ fertur fuisse admirator sectatorque, ut integrum Ciceronem ter manu propria descripserit. Confer de Eo *Czwittingeri Specimen Hungariæ Literatæ p. 125. sqq.*

mereri videntur: diversæ Autorum quorundam sententiæ, inter quos *de Revva* eum in Moravia Monachum induisse, *Naso l. c.* Javoravii id præstitisse, plurimi autem, certiori omnino fundamento innixi, Vratislaviæ id factum statuerunt. (i) Laudatur a *Thuano* l. 96. p. 476. *Frebero* p. 913. *Quirino Reutero* Præf. Orationibus Dudithii *Offenbaci* 1619. 4. editis præfixa & ex his *Lansio* Consultatione pro Hungaria p. 461. &c. De secessu, cujus mentio in Textu facta, ipsi gratulatus est *Joh. Michael Brutus*, Celebris Cæsareus Orator, Epistola ad Vratislaviæ laudes non parum faciente, cujus fragmentum quoddam invenire licet *in Schickfusii Chronico* l. 4. c. 8. p. 52. *Henelii* Breslogr. c. ult. p. 78. *Hermanni* Spongia absterforia contra Calumnias Bzovianas. De religione ejus conferri merentur *Petri Carolini* Epistola ad *Dudithium*, quæ inter Epistolas singulares Clarorum Virorum a *Colomesio* Clementis ad Corinthios Epistolis *Londini* 1687 *in 8.* editis annexas *n. 27. p. 274.* habetur; *Boxhornii Historia Universalis p. 1143.* Et paulo iniquius Judicium ferens *Geverhartus Elmenhorstius* Præf. ad *G. Stampelium*, Procli Opusculis a se Lugd. 1617. editis præmissa &c.

§. IX.

Subjungeremus his *Prælatos & Abbates*, singulari eruditione sua nomen celebre promeritos, eorum tamen Notitiam uberiorem nobis habere non licuit, cum & ipse *Henelius* de Monachorum invidia conqueratur, qua, quo minus Abbatum omnium felici successu Catalogum necteret, prohibitus fuit. Nondum tamen recensionem Nobilium Vratislaviensium Literatorum Ordinis Ecclesiastici penitus finiemus, jam memoratis potius quosdam adhuc superaddituri. Prodeat ergo *Hencejus a Blankenburg*, Ordinis Eque-

Ad §. IX.

Hencejus) Eum Bernovia, Marchiæ Vrbs, A. 1559. d. 24. Junii protulit, Patre *Paulo*, Consule, Matre *Anna Blanckenburgia*; Studia vero optimarum literarum excoluit Francofordiæ ad Oderam, ubi & a Sophorum Societate Lauru Magisteriali condecoratus fuit; Mutata tandem religione, in Silesiam deductus, Ordo Crucigerorum cum rubea stella suum fecit, consonisque suffragiis A. 1590. per Silesiam Poloniamque Magistrum desi-

Equeſtris & Militaris S. Crucis cum Rubea Stella per Poloniam & Sileſiam ſupremus quondam Magiſter, ſcriptoribus ejus temporis ob ſingularem Litterarum Literatorumque Amorem notiſſimus (k). Magni quoque nominis ſuo tempore exſtitere *Georgius Sauromannus*, Eccleſiarum Vratisl. ad S. Johannis Præpoſitus, & ad S. Crucis Decanus, Imperatoris *Caroli V.* Orator (l); *Stephanus Heugel a Polokovvitz*,

deſignavit, cui etiam ipſis annis 19. inhæſit, donec inflammatio, Crus alterum invadens, Mortem Viro laude digniſſimo A. 1609. d. 9. Junii contraheret; De quo vide *Cl. Pantkii Sileſiam, benevolam Virorum Inſignium in Marchia Brandenburgenſi Natorum Nutricem atque Fotricem p. 5. ſq.* & *Cunradi Sileſiam Togatam p. 115.* Symbolum illius, quod habet *Symbolotheca mea docta p. 88.*, fuit: *Dum ſpiro, unicum Chriſtum ſpero.*

G. Sauromannus) Hujus vitam legendam dedi *P. IX.* der Müßigen Stunden *p. 87. ſqq.*

Steph. Heugel) *Heugeliorum* ſtirpis generoſæ antiquitatem, & quo pacto in Sileſia noſtra plantata ſit, exponit *Sinapius*, *Schick-*

vvitz, P. R. Cubicularius & Canonicus Vratislavienſis, impetrata ſingulari diſpenſatione relicto cœlibatu ductaque Conjuge Pater *Andreæ* inferius laudandi factus (m); & *Maternus Gnieſen a Robach*, Decanus Pragenſis in Wiſcherad, *Rudolphi II.* Capellanus aulicus & apud Vratislavienſes Canonicus (n). Laudem vero raræ Eruditionis apud exteros quoque meruit *Georgius*

Schickfuſius, *Henelius*, aliique. Noſter vero, poſt mutatum vitæ ſtatum, vitæ ſibi ſociam adſumſit *Martham Reicheliam*, *Nicolai* filiam & *Servatii*, Capitanei Vratislavienſis, ſororem, lectiſſimam Matronam, inſuperque eximios in Patria honores conſecutus fuit, quippe ex ipſa Ducatus Wratislavienſis Cancellaria Provinciali, cui aliquot annos præfuerat, in Ordinem Senatorium cooptatus, ſtatimque inter Conſules collocatus fuit, tandemque non ſine veneni ſuſpicione An. 1556. obiit; Vid. *Sinapii* Schleſiſche *Curioſitæten P. I. p. 463.* & *Meiſnerus l. c. Dec. II. n. 3.*

Maternus Gniſen) Vide *Cunradi Sileſiam Togatam p. 96.*

Georgius Logus a Slaupiz, Legum Decretalium Doctor, Comes Palatinus Cæſareus

Georg. Logus) Omnino hic inter ſuos, ſi ſtirpem & ſanguinem, ſi gradus Dignitatum, ſi denique linguas eruditas quis ſpectet, fuit Nobiliſſimus Doctiſſimusque Græcæ quippe Latinæque Linguæ adeo peritus erat, ut Pelasgi illum ſuum, & Romani illum ſuum dicerent; De quo plura retuli *P. I. Miſcellaneorum p. 11. ſq.* Fato vero conceſſit Cal. April. A. 1553. Vratislaviæ ad S. Crucis honorifice ſepultus, ubi monumentum ejus, quod ſibi vivus poſuit, ita ſe habet:

Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.
Hic ſitus Aonidum eſt Cultor Logus, unde virentes
Ex tumulo hoc lauros exiliiſſe vides.
Principibus gratus magnis & Regibus, atque
Pontifici gemino, Cæſaribusque fui.
Nec me Conſilio indignum, numeroque ſuorum
Rex Romanorum cenſuit eſſe pius.
Idem me ſacris myſten & mœnibus almis
Præfecit templi, Crux veneranda, tui:

reus & Consiliarius, *Maximiliani II.* Imp. quondam Præceptor, post Ecclesiæ Vratislaviensis Cathedralis Canonicus & S. Crucis Præpositus, Nobilitatis Silesiacæ Ornamenti Titulo a variis insignitus, cujus Carmina, teste *Philippo Melanchthone*, summi Viri in Italia laudarunt (o). Nec laude sua defraudandi *Dominicus* & *Petrus*

Et Præceptorem nato, qui Sceptra Bohemi
Sacra tenet Regni Maximus Æmilius.
Hoc satis & minimum est: vetat alma modestia de se
Et pudor ingenuus dicere plura Logum.

Georgius Logus, Protonotarius, Comes Palatinus, Canonicus S. Joh. & Præpositus S. Crucis Vratisl. Consiliarius Regius S. V. P.

Dominicus) Gens *Prockendorffia* a tribus abhinc Seculis in Ducatu Vratislaviensi, & ejus primaria, imo Silesiæ universæ Vrbe inclaruit. Ex hac procrevit *Dominicus* noster, laudatus inprimis a fervore, quo arsit in Religionem Romano-Catholicam, & inter homines esse desiit A. 1552. d. 13. Maji, teste monumento.

Petrus Prockendorffii, sive ut *Schneiderus* (p) legit, *a Brockottendorff*, quorum ille

mento, quod ei in templo D. Johannis olim positum fuit:

Reverendo, nobili, integerrimo, clarissimo Viro, Dominico Prockendorff, Decret. Doctori, inclitæ hujus Ecclesiæ Archidiacono & Canonico dignissimo, erga Ecclesiam pariter & religionem orthodoxam, cujus summo studio semper observantiss. bene merenti, executores fraterna affectione monumentum hoc posuerunt. Qui obiit Anno Domini 1552. Maji XIII. die, cujus anima sempiterna luce fruatur.

Qui pietate gravis doctrina fulsit & annis,
Justitiaque simul patria virtute decorus,
Et probitatis amans, populique solamen egentis;
In Domino obdormit, victurus luce perenni.

Vide *Meisneri* Equites Silesios honoribus academicis fulgentes, *Decade III. n. VII.*

Petrus) Hic cum *Johanne Hesso*, Theologo Evangelico, inviolatam colebat amicitiam, & fato præmaturo abripiebatur A. 1542. die 12. Septembr. ætatis 34. Epitaphium vero, quod a fratribus hæredibus

ille Decretalium Doctor, hic J. V. D. & A. O. R. 1532. Rector almæ Lipsiensis Academiæ,

redibus ipsi in S. Johannis Cathedrali templo Vratislaviæ positum fuit, est hoc:

Eximii Petri, Johannis Brockendorff, Consulis olim Vratisl. filii, J. V. D. Epitaphium:

Hoc tibi defuncti nomen & stemma sepulcrum
Commonstrat, Lector, cetera pauca tene.
Doctor clarus erat, Lipsiensis sceptra palastræ
Nam tenuit: magnis fultus amicitiis.
Quem, dum divinas meditatur scandere ad aras,
Mors rapit, & campos duxit in Elysios.

Nobili, egregio, & undecunque insigni Doctrina prædito Domino Petro a Prockendorff, V. J. D. Consultiss. hujus & S. Crucis Ecclesiarum Canonico, fratres ipsi ex Germana fide, & posteris hoc imitandæ virtutis monumentum posuerunt. Obiit in pago hæreditario Schosnitz An. 1542. 12. Sept. anno ætatis suæ XXXIV. Tu eum pie Lector precibus juva.

Confer *Meisnerum l. c. n. IIX.* & *Hankium de Silesiis Indigenis c. 81. p. 253. sq.* Vtrique etiam, *Dominico* nimirum & *Petro*

demiæ, uterque autem Canonicus Vratislavienſis exſtitit (q). His demum accedat *Daniel Bucretius a* Rindfleiſch, qui cum

tro a Prockendorff, Elogium ſcripſit *Cunradus in Sileſia Togata p. 224. ſq.*

Daniel Bucretius) Antiquiſſima *Rindfleiſchiorum* familia fuit in florentiſſima Vratislavienſium Republica, imo ipſius etiam Reipublicæ Ornamentum eximium. *Bucretii* vero nomen, quod *Danieli Seniori* a Præceptore ipſius *Jo. Caſelio* impoſitum fuit, idem eſt, ac ſi diceres Rindfleiſch, ſaltemque græcam habet ſignificationem. Derivatur enim a βȣ̃ς, bos, & κρέας, caro, prout jam monui *in Symbolotheca Docta p. 39. Bucretius* vero *Junior*, de quo hic ſermo, eſt ille, qui ſuperioribus Temporibus edendis in Italia *Adriani Spigelii* Operibus Anatomicis aliquandiu præfuit. Sed quia is curioſe nimis, ad apicem perfectiſſimæ elegantiæ, tabulas æri inciſas ab artifice voluiſſet exigere, unamque earum, minus congruam ſibi viſam, aſſumto in manum inſtrumento ſculptorio, aut cultro, deformem reddiderit, lineam tabulæ profundam imprimendo per præceps quoddam generoſæ

cum insigni in arte medica & Anatomicis imprimis peritia ad exemplum Patris infra laudandi propius accessisset, Parisiis demum Monachum Dominicanum induit (r).

(k) *Cunradus* Prosopographiæ Melicæ Millenario II. p. 91. *Calagius* passim, *Bylovius* Anagr. Dec. 2. n. 4. 6. (l) Meminit ejus ex *Henelii* Silesia Togata *Hankius* Orat. 13. p. 258. *Cunradus* Mill. I. p. 154. (m) *Schickfusius* L. 4. c. 16. p. 119. (n) *Naso* Phoen. rediv. p. 147. (o) *Philippus Melanchthon* ad *Henricum*, Lignicensem Ducem, cit. *Henelio* Silesiogr. p. 53. *Cunradus* Mill. I. p. 99. *Pohlius* Hemerol. p. 136. *Henelius* Breslogr. p. 7. (p) *Chron. Lipsiæ* l. 6. p. 319. (q) *Cunradus*

rosæ œstrum impatientiæ, uti a *Viro quodam magni nominis*, qui eo tempore præsens Patavii fuit, relatum est *Jo. Dan. Majori*, invidiam aliquorum illius loci, quæ excitatam ipsius indolem clam aliquandiu presserat, ea occasione in persecutionem notabilem erupisse, ut ille, securitatis ergo, in Galliam se receperit. Vbi & Lutetiæ Parisiorum assumto *Johannis a S. Thoma* nomine A. 1631. d. 29. Sept. obiit. Vid. *Cunradus l. c. p. 32.*

dus Mill. II. p. 152. (r) *Memoria Sachsiana J. D. Majoris*, inserta *Anno 4. Dec. 1. Ephem. Nat. Cur. c. 14. p. 22.*

§. X.

Ex Ordine Politico duos primum producemus Barones, *Wilhelmum a Kurzbach*, L. B. in Trachenberg & Miliz, Camerae

Ad §. X.

W. a Kurtzbach) De Generosissima *Kurtzbachiorum* familia, quae superioribus Seculis in Silesia nostra floruit, vide Scriptores istos *P. I. Miscellaneorum p. 103.* a me citatos. Nostri *Kurtzbachii* vero Elogium legitur apud *Henelium c. 8. p. 471. sq.* & obitum ejus, A. 1576. Calendis Februarii Vratislaviae demortui, hunc in modum deplorat *Martinus Hofmannus*:

Nulli mancipio, sed datur usui
Vita haec, sollicitis plena laboribus.
Reddenda est Domino, cum repetit, suo:
Cunctos namque suo pro placito vocat,
Aeternae patriae restituens pios.
Sic WILHELMVS *obit, magnificus Baro,*
Antiquis ab avis stemma trahens suum.
Dum vixit generis dulce decus sui,
Dile-

meræ Cæsareæ Præsidem (s), & *Carolum* L.B.

Dilectum patriæ præsidium & salus:
Splendor Nobilium, Delitiæ Ducum,
Genti Sarmaticæ charus, & intimus,
Præses Romulei Cæsaris inclytus.

Verum nosse Deum primus erat labor,
Excultum esse bonis proximus artibus,
Oppressis facilem, pauperibus bonum,
Custodire fidem, Justitiæ & decus.

Ornamus titulis busta perennibus,
Ne tanti intereat laus & bonos Viri.
Sic Virtus decorat, famaque posthuma
Dignos laude Viros, nec patitur mori.

Relliquit monumenta hæc moriens sui,
Quæ nec longa dies, mors neque supprimit:
Ingentes Arabum quæ superant Opes,
Auratas statuas, sectaque marmora.

Quem vivus coluit, mortuus aspicit
CHRISTVM, & syderea perfruitur domo,
Heroas medius conspicit & pios.
Tellus exuvias corporis excipit,
Reddendas animæ protinus at suæ,
Completis ubi lux ultima sæculis
Nos sistet solio Judicis arduo.

Quantum nostra Virum Slesia perdidit?

Dignum

L. B. *a Zierotina*, S. C. M. Consiliarium,
&

Dignum Nestoreos viveret ut dies,
Ornaret patriam, ceu prius, ut suam,
Curaretque bonus munia publica.
Cunctis charus obit, flebilis occidit
Cunctis: si modo quid proficit hic dolor;
At lugere bonos dulce tamen Viros.

Ergo HENRICE, *tui nomen Avi gerens,*
Et spes magna tuis: lectaque pignora
Natæ, depositis splendidioribus,
Vestes cum gemitu sumite lugubres,
Sic charum pietas postulat in patrem.
MALTZANO *genita e sanguine* Magdalis,
Te planctus, Lacrymæ, te decet & dolor:
Consors legitimi dulcis obit tori,
Gentis fama suæ quam celeberrima.
Nec non Nobilitas lugeat inclyta,
Amissum & doleat, quem coluit, virum.
Heu quantum illa sui perdidit ordinis,
Charum Principibus, Regibus &, decus.
Cunctis Ordinibus BRESLAque lugeat
Mortem Magnifici præproperam Viri,
De cunctis meriti Civibus optime.

Sed jam Funus adest, funereæ & faces,
Præfertur Generis Carpio splendidus:
Succedunt feretro Justitia, & fides,

P *Addunt*

& quondam Moraviæ Promarchionem (t); Notandos omnino, cum illius Prudentiæ & Modestiæ universus Slesiæ Ducatus, hujus autem Liberalitati Vratislavienses Literati multum debeant. Imprimis posterioris memoriam Budorgis grata mente adhuc recolit, quod Hospitium, quo tempore aliquo apud Vratislavienses, durante bello toti Germaniæ funestissimo, usus fuerat, dono splendidissimo compensaverit.

Addunt se Charites ordine Gratiis,
Lugubri canitur carmine Nænia.
WILHELMVS *tumulo conditur hinc patris*
HENRICI, *redolet thure, rosaque humus:*
Dicuntur Cineri verba pio ultima.
Nos functum lacrymis prosequimur piis.

a Zierotina) Hunc *Colerus* in Oratione *de Bibliotheca Mario-Magdalenæa p. m. 25.* hoc mactat elogio: *Heros ille Regibus & Principibus, qua domi, qua foris venerabilis; nec minus seriæ in Deum pietatis, quam constantissimæ in Cæsares suos observantiæ, adeo ut gloriari potuerit, se & dictis illius in sensu & cultu observandis audientem fuisse, neque unquam cum legitimo suo magistratu in gratiam rediisse*

ſaverit. Inſignis nempe Librorum apparatus, privatis ejus uſibus deſtinatus, Publicis impoſterum ut inſerviret voluit, & ut ille cum aliis Libris in Bibliotheca, Templo, Mariæ Magdalenæ nomen præferenti, adhærente, adſervaretur, Teſtamento cavit. Ejus ergo ex Sorore *Benigna* Nepos, *Carolus* L. B. *de Wirbna*, Princeps Juventutis, ceu illuſtre ingenium brevioris ævi, moriens Reipubl. Vratislavienſi, quod ille deſtinaverat, denuo legavit, unde factum, ut *Wenceslaus de Wirbna*, S. R. I. Comes, Imperatorum *Matthiæ*, *Ferdinandorum II. & III.* intimus Conſiliarius, *Caroli* ex aſſe hæres, per fidum Miniſtrum, *Georgium Matthæi a Kaltenbrunn*, menſe Februario 1641. Libros traderet, Agnati ultimæ voluntati ſatisfacturus.

(s) *Curæus* p. 263. *Pohlius* Hemerol. p. 64.

(t) *Colerus* Orat. Inaug. habita, cum ea Bibliotheca aperiretur.

§. XI.

Jam ad eos pedem promovebimus, ſub quorum regimine optata quiete Vratislavia uſa eſt, Capitaneos ſcilicet ac Præſides Literatos exhibituri. Notamus autem,

Vratislaviam, antequam A. C. MDCXXXVI. Capitaneatum, quo in totum Ducatum Vratislavienſem gaudebat, cum Directorio Caſtri Namslavienſis permutaret, Capitaneos ſuos habuiſſe Vrbi Ducatuique Præfectos, quorum Succeſſores Præſidum & Directorum Caſtri Namslavienſis Titulo inſigniti fuerunt (u). Ex utraque Claſſe producendi erunt rara Eruditione eminentes Nobiles, ex priori autem pauci, non propter Eruditorum penuriam, qui Budorgis ſaluti invigilarunt, ſed propter noſtram leviorem in hoc Hiſtoriarum genere notitiam.

(u) *Curioſi Sileſii annotationes* ad Lichtenſterns Schleſiſche Fürſten-Crone *p. 73.* Conf. *Zeilleri Topographia Sileſiæ* T. 2. Itinerarii Germaniæ p. 302.

§. XII.

Literati ergo Nobiles, qui e Capitaneorum numero nobis innotuerunt, ſunt ſequentes: *Johannes Haunoldus*, Conſilii

Ad §. XII.

Jo. Haunoldus) De quo vide *P. I. Miſcellaneorum p. 195.* Confer *Cunradi Sileſiam Togatam p. 109.* Et *Ill. Sommeri Lemmata Hiſto-*

filii de Instituenda Vratislaviæ superiori seculo Academia, quod eo moriente quoque agitari desiit, Autor & Fautor (w); *Johannes Mezlerus*, Vir græcarum literarum peritissimus, qui nec eas publice in Gymnasio Elisabethano docere dubitavit, Orbi Erudito idcirco notissimus (x); *Antonius Banke*, ob suam eruditionem vir-

Historica p. 114. Neque silentii peplo involvendus hic est *Achatius ab Haunold*, Vrbis itidem Ducatusque Præfectus, Eques auratus, & Regiæ Majestatis *Ferdinandi I.* (coram quo verba fecit) Consiliarius, civilium rerum prudentiæ, actuosæ pietatis, aliarumque præcellentium Virtutum Laude celeberrimus, de quo evolve *eadem Lemmata l. c.*

Jo. Mezlerus) Cujus memoriam renovavi *P. I. Miscellaneorum p. 213. sq.*

Ant. Banke) Vltimus hic Familiæ suæ diem obibat supremum A. 1569. d. 18. Aprilis, ætatis anno 71. & condecorabatur a *Martino Hoffmanno* hoc Epicedio:

Mæsta sui nuper qui flevit funera NATI,
Elicit heu lacrymas Civibus ipse suis.
Vixit: & annorum plenus, fessusq; labore
Pro PATRIA, & Charis civibus, occubuit.

virtutemque Cæſari chariſſimus (y); & Nico-

Pro meritis animum memorem ſibi talibus optat,
Sperat ut in Chriſto gaudia vera Deo.
Stirps extrema ſui generis, Virtuteque Clarus
Antiqua, & ſanctis moribus ille fuit.

Filius autem ejus, *Antonius Banck*, inter mortales eſſe deſinebat A. 1567. d. 20. Martii, ætatis anno 18. Cujus funus *idem Hoffmannus* hoc ornavit epicedio:

Sic ANTONIADES, chari ſpes una Parentis,
Atque Senectutis dulce levamen obit.
Quas non ille Patri Lacrymas excuſſit ademptus?
Quam genetrix triſti plena dolore fuit?
Illum etiam Cives, illum flevere propinqui:
Spes Patriæ & generis nempe erat ille ſui.
Flos erat: innocuo flores aſpergite buſto,
Lilia cum violis, thura Sabæa, roſas.
Jam prope perpetuum ver eſt, quo cuncta vireſcent
Corpora, Lethifera non reſecanda manu.

Nicolaus Rhediger, qui non tam domi inter ſuos, quam etiam foris, cum propriæ virtutis gloria, tum ſuorum fratrum Germano-

---

Nic. Rhediger) De quo dixi ſupra ad *Calagii Carmen n.12.*

Fratrum) Quippe qui fuerunt *Johannes a Rhediger*, quem *Solem Breslæ*, *jubar Elyſiæ*, *Pragæ Ocellam*, Poëta quidam non illepide vocat, quemque poſt ingentia itinera, abſolutumque ſtudiorum curſum, *Maximilianus II.* Imperator Glorioſiſſimæ memoriæ in Aulam vocabat, Conſiliariumque & Appellationis Regni Bohemiæ Collegam conſtituebat; Cujusque obitum, A. 1567. d. 12. Martii Pragæ ſubſecutum, *Martinus Hofmannus* ita deplorat:

EN novus exoritur luctus, gemitusque recurrunt,
Et feriunt matres pectora mœſta piæ
Rhedingere, decus patriæ, ſpes ampla tuorum,
Occidis, attollit Praga ubi clara caput.
Gallia cum Latio magnis te dotibus auctum
Viderat & mentis munera magna tuæ.

manorum mutuatitio famæ Lumine, apud

Occidis ante diem, florentibus occidis annis,
Gloria mox Generis magna future tui.
Cæsarei jam dignus eras pars esse Senatus;
Sic magnis Virtus contigit ante diem.
At nunc æterni consors, Christo auspice, regni,
Permixtus Proceres conspicis usque sacros.

Thomas a Rhediger, Literatorum Mæcenas, & Bibliothecæ Elisabethanæ fundator; *Adamus a Rhediger*, Reipublicæ Vratislaviensis Senator primarius, qui Romæ, ubi diutius hæsit, inter alia Virtutum studiorumque exercitia, Nummorum antiquorum Collectioni sese tradidit, cujus ope & subsidio Magnus ille Antiquarius, *Hubertus Golzius*, se suos in Antiquitate Numismatica Labores suscepisse gratus fatetur; Et tandem *Jacobus a Rhediger*, Patricius Vratislaviensis, cui quoque Musæ librique delitiæ fuere; De quibus vero pluribus vide *Henelium Silesiographiæ Renovatæ c. 8. p. 596. sqq.* & *Cl. Krantzium l. c.*

apud Italos, Belgas, Gallos late inclaruit (z).

(w) *Curæus* p. 223. & 279. ſq. *Schickfuſius* l. 1. p. 176. ſq. l. 4. c. 8. p. 155. *Pohlius* Hemerol. p. 109. (x) *Freherus* Theatri P. 2. p. 817. *Cunradus* Proſopogr. Mel. Mill. I. p. 111. *Hanckius* Orat. p. 209. (y) *Cunradus* Mill. I. p. 11. (z) *Henelius* Sileſiogr. p. 74. ſq. *Cunradus* Mill. I. p. 144. *Hofmannus* in Luſibus Juvenilibus &c.

§. XIII.

Septem poſthæc Præſidibus Vratislavia paruit, qui omnes & Nobilium & Literatorum Catalogo inſeri merentur. Inter eos primus: *Stanislaus Aichheuſerus*

Ad §. XIII.

Stan. Aichheuſerus) De vitæ ejus curriculo, ut pauca quædam dicam, in lucem editus eſt d. 15. Aprilis Anno 1582. Lugduni Batavorum, quo tunc pater *Johannes* cum uxore nobiliſſima, ex *Bogatorum* gente oriunda, quam Antverpiæ duxerat, rebus illic turbatis ſeceſſit. Vratislaviæ autem a Patre reverſo liberaliter educatus, ac *Joanni* præſertim *Hæckelshofio* in diſciplinam & contubernium traditus, humaniores literas mira

a Leonhartwviz, A.C. 1643. vita ſunctus eſt magno cum luctu Doctorum, quos, ipſe

ra felicitate percepit, cumque jam eleganter ſcriberet latine, græcæ quoque linguæ haut ignarus eſſet, Francofurti ad Viadrum exinde ac Marpurgi Juris ſcientiæ operam dedit, in qua præſtans ejus, & ad omnes diſciplinas perdiſcendas natum ingenium multipliciter profecit adeo quidem, ut in Academia Batavorum Lugdunenſi *de Juris controverſis Capitibus* ſub Præſidio *Everhardi Bronchorſti*, JCti, publice diſputando, luculentum doctrinæ ſpecimen ederet, & vim ingenii abunde oſtenderet. Lovanii & alibi Literarum decora, viros eruditiſſimos ſalutavit & clariſſimos, nec ullam adeo occaſionem contempſit plura cognoſcendi, quo ſcilicet bonæ frugis copiam, & optimarum artium ſcientiam domum reportaret. Quo etiam factum, ut poſtmodum Reipublicæ Vratislavienſis Senator, Camerarius, ac denique Ampliſſimi Collegii Præſes conſtitueretur, absque ullo inſuper ambitu ſuo a *Ferdinando III.* Cæſare Auguſto Conſiliarii titulo mactaretur. Tandem vero poſt exantlatos labores A. 1643. VIII. Cal. Martii exſpiravit, & hono-

ipſe omnigena Doctrina excultus, coluit (a). Hujus Succeſſor, *Theodoricus Garzius*, rara Juris Divini & Humani ſcientia cum pari prudentia civili & moderatione præditus fuit (b). Tertius, *Erne-*

honorificam ſui memoriam apud Poſteros reliquit; Vid. *Henelii Sileſiographia Renovata c. 8. p. 642. ſq.* & *Cunradi Sileſia Togata p. 3.*

Theod. Garzius) Erat is, ut a *Chriſtophoro Colero* deſcribitur:

Vir pietatis amans, & relligionis amicus
Sinceræ, Patriæ vigilans, arisque foque;
Aſtrææ aſſertor, priſcus ceu Scævolæ prudens,
Sacrarum Legum, Jurisque Interpres & æqui,
Juſtitiæque tenax & inexorabilis umbo:
Mæcenas Muſis, Phœbique Evergeta alumnis:
Solamen miſeris, & egenæ ſortis aſylum:
Publica delicies Patriæ, & penitrabilis ardor.

De quo vide ea, quæ tradit *Cl. Pantkius in Sileſia benevola Virorum inſignium in Marchia Brandenburgenſi Natorum Nutrice atque Fotrice p. 7. ſq.*

Ernestus Pfœrtnerus nomine, præter multiplicem ſcientiam ſumma rerum experientia, multis itineribus, quibus ipſum quoque Orientem penetravit, comparata, inclaruit (c). Jungendi his ſunt *Samuel Sebiſius* (d) & *Johannes a Goetz & Schwanenflies* (e), quorum uterque Literas Literatosque continuo favore proſecutus eſt. Nefas

Ern. Pfœrtnerus) Verus hic erat *Valerius Poplicula* & *Patriæ ſuæ Pater.* Ita ut Viro de Vratislavia meritiſſimo jure illud demus, quod *Coronæ Vexilli mnemonici* in ipſius honorem ſuſpenſi *querneæ* adſcriptum in æde Eliſabethica legimus: *OB CIVES SERVATOS.* Conf. *Cunradus l. c. p. 212.*

Sam. Sebiſius) Vir æque benevolus ac juſtus, comitate inſuper & ſuavitate morum præſtans, de quo *Cunradus l. c. p. 284.* ſic canit:

Me gravitas morum ſtudium probitatis & æqui,
Breslæi ſtatuunt lumen & alpha fori.

Jo. a Goetz) Videatur *Idem l. c. p. 98.* & *Sinapius l. c. p. 412.* Filius ejus natu maximus fuit *Magnus Antonius a Gœtz*, Reip. Vrat. Præſes, A. 1714. d. 6. Martii æt. 80. demortuus.

Nefas esset præterire Virum toto Orbe celeberrimum & Poësi (quam Vernacula omnium felicissimus exercuit) æternum nomen promeritum, *Christianum ab Hofmannswaldau* (f), cujus mortem deplorans *Jo. Hartwigus a Nostitz*, supremus eo tempore Bohemorum Cancellarius, notanter affirmat: *ei parem optare successorem,*

(f) *Christ. ab Hofmannswaldau*) *Jannis* filius, nec Silesiæ nec eruditorum Orbi intermoriturus: Qui Gedani *Opitium* in deliciis habuit, Belgium inde, Angliam, Galliam, Italiamque peragravit, *Salmasii*, *Vossii*, *Boxhornii* & Barlæi Auditor, *Grotio*, *Thuano*, *Petavio*, *Puteanis*, *Naudæo* ac *Holstenio* familiaris: redux in Patriam Senatui adscriptus, demumque primum in eo locum sortitus est. Obiit A. 1679. d. 30. Aprilis, *Gryphio* ac *Mühlpfortio* Carminibus, Lohensteinio vero egregia Oratione tanto viro justa solventibus. De Poesi patria quam bene meruerit, sciunt omnes, quibus studia hæc jucunda curæ sunt. Conf. *Neumeisterus* de Poetis Germanis p. 52. sqq. *Wetzelius* Hymnopœographiæ P. I. p. 446. sqq. Et *Scultetus* de Hymnopoeis Silesiis p. 10.

ſorem, eſſe optare Virum, qui Rempublicam & juvet & ornet: Succeſſorem tamen habuit Virum multiplici Eruditione & Virtute ornatiſſimum, cujus præmaturum obitum hodienum deflet Budorgis, *Ferdinandum a Mudrach*, Vrbis plus quam triginta annos & Lumen & Columen, in tanto a Cæſare Auguſtiſſimo habitus pretio, ut vice duplici Imagine Imperatoria & torque aureo transmiſſis honoraretur (g). Horum ergo omnium ut merita adhuc Civium cordibus inſcripta hærent: ita nec laus eruditione parta diſſimulari debebat.

(a) *Colerus* l. c. *Hankius* in Dramate MSt. de Vratislavia ſub Præſidibus ſuis felice. (b) *Colerus* l. c. *Hankius* l. c. (c) *Hankius* l. c. (d) *Hankius* l. c. *Schœbel.* in Germ. Vratisl. decore. (e) *Hankius* l. c. *Schœbel.* l. c. *Mühlpfort* paſſim, imprimis p. 290. ſqq. (f) *Witte* Diar. Biogr. & alii complures. (g) *Hankius* l. c. *Schœbel* l. c.

§. XIV.

Ex Illuſtri Senatorum ordine, erudita Nobilitate clari, nobis innotuerunt, qui

Ferd. a Mudrach) Qui obiit A. 1690. d. 21. Febr. ætatis 63.

qui Seculo nostrum præcedente floruerunt, *Johannes Morenberger*, primus Scholarum Præses (h), *Johannes Haunoldus* (i) & *Christophorus a Poley* (k). Major numerus eorum est, quos præsenti Seculo claruisse scimus. Sunt autem *Caspar Arzat* (l), Vir majorem in modum de

Ad. §. XIV.

Jo. Morenberger) De quo vide Scholion ad *Radecki* Carmen *de Ludis Vratislaviensibus n. 14.* Confer *Cunradi Silesiam Togatam p. 191.*

Jo. Haunoldus) Confer *Calagii Natales p. 52.* & Cunradi Siles. Tog. p. 108.

Chr. a Poley) Confer. *Eundem Cunradum l. c. p. 216.* Hic in solatium Musarum juxta & gratiarum natus, obiit Vratisl. d. 4. Febr. 1637. æt. an. 76. Ei dedicavit *Caspar Dornavius Vlyssem Scholasticum*, quem vide *Tomo ejus II. Orat. p. 299.*

Casp. Arzat) Patricia Familia A. 1571. d. 10. Novembr. natus, Vir literatissimus, veræ pietatis sinceræque fidei, & ex his Gravitatis & auctoritatis laude clarissimus, filius *Casparis*, Nepos *Georgii*, qui primus Alsatia relicta Vratislaviæ sedem fixit. Studiis in Patria & in Acade-

de Silesia meritus; *Vitus Rœtel a Wonnewitz* (m), Pauperum Asylum, Eruditorum Erudiendorumque Portus, Humanitatis Præsidium; *Henricus a Reichel* (n), fortitudine & Eruditione laudem promeritus, quem impia Sicarii manus A. C. M. DC. XLVI. d. 12. Julii in via publica occidit; *Adam Caspar ab Arzat* (o), quem propter

Academia Julia operam dedit, postque varia per Europam Itinera peracta rediens Senator electus, litterisque & Consilio optimus bene de patria mereri nisi cum vita desiit, quam A. 1621. d. 11. Novembr. cum morte commutavit.

Vit. Rœtel) Quem *Cunradus l. c. p. 245.* talem exhibet:

Judicii matura fides te Breslidos astris
Intulit & Genii munera Cæsar amat.

Henr. a Reichel) Sclopeti ictu hic in via Regia d. 12. Julii A. 1646. necatus obiit; Pater vero illius *Jacobus Reichel*, itidem Reipubl. Vratisl. Senator, improviso ex altis casu A. 1613. d. 18. April. in secessu suo Tschanisch vitam finiit; Vide *Cunradi* Silesiam Togatam p. 232.

A. C. ab Arzat) Filius hic erat *Georgii Friderici ab Arzat*, variisque Legationibus publicis clarus extitit, de quo vid. *Cunradus l. c. p. 8.*

propter raram experientiam, ſultam prudentiam in rebus civilibus, Patri, ſuo munere ſponte ſe abdicanti, Patres conſcripti Succeſſorem dederunt; *Henricus Marcus a Pein* (p), inveniendis Conſiliis natus; *Adamus Wenceslaus a Reichel* (q), Juris peritiſſimus, & ad exequenda, quæ cogitaverat, Conſilia aptiſſimus; *Auguſtinus Henricus a Kromayer* (r), Eruditione & Prudentia maxima, quam tam ſtudiis feliciter excultis, quam itineribus per univerſam fere Europam, ſibi comparaverat, quondam commendabilis; *Sigismundus Fürst a Kupfferberg* (s), Gentis

 ſuæ

H. M. a Pein) Vid. *Cunradus l. c. p. 210.* & *Sinapius l. c. p. 697.*

A. W. a Reichel) Cui laus fuit: Communes Populi cognoſcere Leges, & patrii quæ ſint condita Jura ſoli, canente *Cunrado l. c. p. 231.*

A. H. a Kromayer) Hujus & reliquorum *Kromayerorum* Elogia vide *ibidem p. 157.*

Sigis. a Fürſt) Pater illius fuit *Joſephus a Fürſt*, itidem Reip. Vratisl. Senator & Scholarum Præſes, antiqua notus virtute fideque; utrorumque vero Elogia legas apud *Cunradum l. c. p. 85.* & *Sinapium l. c. p. 375. ſq.*

ſuæ gloriam meritorum ſuorum copia adaugens; *Georgius Fridericus ab Arzat* (t), Juris & Hiſtoriarum gnariſſimus; *Johannes Burkhardus a Levvenberg* (u), & nuperrime defunctus *Zacharias a Rampuſch*, propter raram Eruditionem, inſignemque in rebus civilibus peritiam, celebrandus, qui etiam poſt mortem de Vratislavia optime meriturus, Libros, quos ingenti copia, maximo tamen ſelectu habito, collegerat, Bibliothecæ Templo Bernhardino in Neapoli adjungi juſſit.

(h) *Curæus* p. 391. *Cunradus* Mill. I. p. 115.
(i) *Cunradus* Mill. 2. p. 87. *Calagius* L. 7. Poëm. (k) *Cunradus* Mill. I. p. 135. (l) *Cunradus* Mill. I. p. 9. *Calagius* l. 9. *Hankius* Orat. 7. p. 136. (m) *Hankius* de Vratis-

G. F. ab Arzat) Vid. *Cunradus l. c. p. 8.*
Jo. Burch. a Levvenberg) Vid. *Idem l. c. p. 32.*
Z. a Rampuſch) Qui obiit A. 1691. d. 13. Maji A. æt. 56.
Juſſit) Bibliotheca *Bernhardiniana* diu ſitu & tenebris obruta jacuit, ſed primum luculenta acceſſione Bibliothecæ *Rheniſchianæ* & A. 1697. longe majori *Rampuſchianæ* locupletata innotuit; de qua vide *Cl. Pantkii Præpoſitos Vratislavienſes p. 67. ſq.*

Vratislav. sub Præsidibus suis felice, *Tscherning* Sched. & Poemata. (n) *Scholzius* Parent. P. 3. Parent. Siles. a *Felgibelio* editarum 1665. n. 39. & Hoffmannswaldau Carm. funeb. p. 16. (o) *Hankius* Orat. 7. p. 147. *Mühlpfort* Poem. p. 317. *Lohenstein* Hyac. p. 51. (p) *Hankius* p. 235. sq. *Schœbelius* l. c. (q) *Hankius* p. 236. *Schœbelius* l. c. *Mühlpfort* p. 68. (r) *Hankius* Orat. 15. *Schœbelius* l. c. (s) *Schœbelius* l. c. (t) *Hankius* Orat. 17. *Schœbelius* l. c. *Mühlpfort* p. 11. Epic. *Lohenstein* Hyac. p. 9. (u) *Schœbel.* l. c.

§. XV.

His Consiliarios Cæsarum Principumque subjungemus, quos & nobiles & eruditos aut genuit, aut aluit, aut habuit, Vratislavia. Inter eos suo tempore præcipue claruit *Georgius a Wenzky* (w), Ducibus Bregensi & Lignicensi, ut & Episcopo Vratislaviensi a Consiliis, Vir juris peritissimus, qui publicato *Equestri Silesiorum Jure* Orbi Literato innotuit. Alter, quem nominabimus, est *Johannes*

Ad §. XV.

G. a Wenzky) De quo vide *P. I. Miscellaneorum p. 118. sq.* & *Cunradi Silesiam Togatam p. 332. sq.*

nes Rhediger (x), Consiliarius Cæsareus; Cui jungemus *Jacobum Monavium*, cum uterque non minus sua quam fraterna quoque eruditione summa & virtute laudis adeptus fuerit. Quantum imprimis Posterior suo tempore Vratislaviæ Sidus extiterit, & quot quantisque ejus ævi Luminibus, propter summam utriusque Linguæ, Philologiæ, omnisque plane Eruditionis penum, familiaris fuerit, partim, quæ ad nos justorum sui temporis Luminum Admiratorum pervenere judicia, ostendunt (y), partim Carmina in ejus symbolum elaborata & conjunctim edita (z) demonstrant. Nec silentii peplo involvendi sunt, *Nicolaus Haunoldus*, Consi-

Jo. Rhediger) Hujus & fratrum suorum *supra ad §. 12.* mentio facta est.

Jac. Monavium) De quo egi *P. 1. Miscellaneorum p. 212.* Confer *Symbolothecam Doctam p. 120.* Frater vero illius fuit *Petrus Monavius*, artis salutaris Doctor, de quo evolve *eadem Miscellanea p. 222.* & infra *Scholion* ad *§. 19.*

Nic. Haunoldus) Filius *Hieronymi Haunoldi*, Ph. & Med. D. & Illustriss. Principum Ligni-

Consiliarius Cæsareus & Cameræ Viennensis Secretarius (a); *Andreas Heugel a Polo-*

Lignicensium Consiliarii, de quo vide *Calagii Natales p. 113.* & *Cunradi Silesiam Togatam p. 109.* Vltimus vero perantiquæ hujus gentis, ut id obiter moneam, fuit *Joh. Sigismundus ab Haunold*, S. Cæs. Maj. Consiliarius, Reique Publicæ Vratislaviensis Præses, A. 1711. d. 16. April. æt. 77. demortuus; Vir pientissimus, doctissimus & curiosissimus, quique primus inter Senatores Vratislavienses Jubilæum A. 1710. celebravit Senatorium.

(*And. Heugel*) In lucem is editus fuit Vratislaviæ A. 1549. d. 23. Aprilis, cumque ad capessendum animi cultum meliorem, neque ingenium ei deesset, neque voluntas, adolescens statim in Virtutis studio, studiorumque stadio decurrit alacriter: atque gravioribus Astrææ studiis ornamenta quoque litterarum feliciter junxit, & celeberrimis Europæ Academiis perlustratis, non magnorum modo Virorum favorem insigniter sibi procuravit, sed & JCti & Doctoris Titulum publica inauguratione egregie promeruit, relatus propter-

Polokowitz, J.V.D., Sacræ Cæſareæ Majeſtatis,

ea a *Meiſnero* Equites inter Sileſios Honoribus Academicis ſulgentes, *Decade III. n. 2.* Cæterum cum in patriam rediiſſet, eximia ejus virtus & eruditio latere diu nec potuit, nec decuit; Sed mature illius fama in Aulam venit Principis Georgii, Ligio-Bregenſis Ducis, a quo ad conſilia accitus, civilia negotia ea diligentia ac dexteritate tractare cœpit, ut non tantum *Georgii* filio, *Joachimo Friderico*, dignus viſus fuerit, qui, Cancellario *Joanne Reymanno* defuncto, in nobiliſſimo onere eodem & clariſſimo honore ſuccederet, ſed & *Carolus*, Monſterbergenſis & Olsnenſis Dux, illum adſciſceret, & ſuis Conſiliis, nec non Principes & Ordines utriusque Sileſiæ Legatum & Oratorem ſuum deſignarent. Quas quidem functiones multis ipſe annis laudabiliter ſuſtinuit. Sed quid de *Rudolpho II.* Imperatore Auguſto dicam? Cujus aures & acerrimum judicium adeo *Heugelius* effugere non potuit, ut ab illo etiam in Cæſareum Conſiliarum cooptari meruerit, ſed qua dignitate haud diu gaviſus: Improviſo enim morbi non curabilis genere per lethi viam e vita migravit A.

1609.

jestatis, ut & Ducum Olsnensis, Bregensis, Monsterbergensis & Teschinensis Consiliarius, nec non Episcopi Vratislaviensis Cancellarius (b); & *Johannes Matthæus Wacker a Wackenfels*, Imperialis Consilii in aula Cæsarea Consiliarius & Vratislaviensis Episcopi Cancellarius (c), cujus Poëmata a multis maximi habita fuerunt. Superaddimus Trigam Virorum Literatis notissimorum, *Matthæum Apellem a Leuenstern*, singulare, dum viveret, Vratislaviæ orna-

1609. die 12. Aprilis, cum vixisset annos LIX.; Vide *Henelii Silesiographiam Renovatam p. 678. sq.* & *Cunradi Silesiam Togatam p. 126.*

Jo. Matthæus Wackerus) Quem *Valens Acidalius* in Elegia quadam sic alloquitur:

Tu Pars Augusti, WACKERE, *& fama Senatus,*
Aoniique idem famaque parsque Chori.

Vide *Ejus Poemata p. m. 229.* Quemque ob Poëseos præstantiam passim laudat *Henelius in Silesiographia Renovata.*

Matthæus Apelles) Hic ipse *Apelles* a Cantore olim & Chori Musices Berolstadiensis Directore ad hanc dignitatem

 eve-

ornamentum, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Ducis Monſterbergenſis Conſiliarium, qui Poëſi Germanica non infeliciter exculta inclaruit (d); *Johannem ab Hoffmannswaldau*, Cameræ Cæſareæ Conſiliarium; Eloquentia quidem magnum Nomen apud Eruditos, majus tamen, quod filium genuiſſet, ſe & eruditione & felici-

tate

evectus; & inſimul a Cæſare Equitis honore auctus fuit. Naſcebatur autem Neoſtadii A. 1594. d. 20. Aprilis, & diem finiebat ſupremum Vratislaviæ A. 1648. d. 11. Aprilis diuturnis à Chiragra & Podagra fractus doloribus A. æt. 54. Symbolum illius erat *Moribus Antiquis*, & annum ſibi fatalem in literis ad *Dav. Bohemum*, Theologum Berolſtadienſem, ægra manu ſcriptis, ipſe prædicebat his verbis: *Hoc Climacterico meo anno ætatis 54. Nihil niſi ultimam vitæ lineam meditor*: Vide *Sinapii Olsnographiam* P. I. p. 673. ſq. *Ejusque Annotationes ad eandem p. 22. ſq.* Confer *Cunradi Sileſiam Togatam p. 6.* ut & *Symbolothecam doctam p. 25.* Nec non *Henelii Sileſiographiam Renovatam c. 7. p. 335. ſqq.*

Jo. ab Hofmannswaldau) De quo confer *Cunradi Sileſiam Togatam p. 130.*

tate majorem, promeritum (e); & demum *Samuelem Butschky de Rutenfeld*, Consiliarium Cæsareum & Ducatus Vratislaviensis Seniorem Provincialem, qui variis scriptis in lucem publicam emissis, sibi Famam non exiguam comparavit (f).

(w) *Schickfusius* præfat. Prodiit citatus Liber Lipsiæ 1615. 4. (x) *Colerus* l. c. (y) *Freherus* P. 2. p. 964. *Witte* Diarii Biographici T. I. ad A. 1603. *Cunradus* Mill. I. p. 114. *Pohlius* Hemerol. p. 378. *Zeilerus* Itin. Germ. p. 500. &c. (z) Prodiit ejus Symbolum Gorlicii 1595. 8. (a) *Calagius* l. 8. (b) *Cunradus* Mill. II, p. 94. *Schickfusius* l. 4. c. 16. p. 118. sq. *Calagius* l. 9. *Pohlius* p. 398. (c) *Cunradus* Mill. I. p. 195. (d) *Tscherning* p. 285. Neumeister de Poetis Germ. p. 8. *Witte* Diarii Biographici T. I. ad A. 1648. (e) *Mühlpfort* Epic. p. 175. (f) *Witte* l. c. ad A. 1678.

§. XVI.

Nec Magnifico Syndicorum Ordini defuerunt, Consiliarii munere apud Imperatorem aliosque Principes cum laude

Sam. Butschky) Qui fatis cessit d. 13. Martii A. 1678. ætatis 66.

gesto non minus quam Erudita Nobilitate insignes. Ex quorum numero in præsenti sequentes proferre libet: Prodeat ergo *Nicolaus Henelius ab Hennenfeld* (f), J. V. D., S. C. M. Consiliarius, nec non Ducatus Monsterbergensis & Territorii Francosteinensis Pro-Cancellarius, & demum apud Vratislavienses Syndicus; Hujus certe nomen non solum propter scripta quædam Juridica, quibus Orbi Literato profuit; sed &, quod Patriæ Historiam Conterraneorumque de ea optime meritorum famam ab oblivione vindicare voluerit, hodienum magnum est; quamvis multa ab eo collecta privato tantum quorundam Doctorum usui inserviant, & non nisi Manuscripta paucorum manibus terantur (g). Nec tacendus nobis est Altitonans ille Silesiæ Pericles & vere Consus, *Johannes a Pein* (h) J. V. D.,

Ad §. XVI.

(f) *Nic. Henelius*) De quo vide *P. I. Miscellaneorum p. 217.* Confer *Cunradi Silesiam Togatam p. 116.* & *Symbolothecam doctam p. 88.*

(h) *Jo. a Pein*) Ex antiquissima Thuringiæ Wech-

D., Serenissimi prius Saxonum Electoris, postea Cæsaris quoque Invictissimi Consiliarius, Ducatus Vratislaviensis Cancellarius, Reique Publicæ Syndicus, tam ob insignem Juris peritiam raramque Eloquentiam, quam ob infinitam meritorum copiam notissimus. Suo quoque tempore propter eruditionem summam non mediocrem famam consecutus est *Reinhardus Rosa à Rosenigk*, J. V. D., Com. Palat.

Wechmariæ Dominorum gente ortus, ob id inprimis insigne meruit nomen, quod cum *Stanislao ab Aichheuser* Viennam profectus Vrbi Vratislaviæ a Ducatu exemtionem impetraverit, de quo negotio vide *Ill. Sommeri Lemmata Historica p. m.* Filius ejus Sigismundus Reinhard. a Pein Anno 1624. d. 22. Octobr. natus, fœcundus generis sui propagator extitit, consumto in Clarissimis Academiis quadriennio, in Itineribus triennio, Senatui A. 1668. redux adscriptus, cui eruditissimo Equiti A. 1692. d. 6. April. denato, egregium Monumentum *Hankius* posuit, quod in Monumentis ejus *N. XVI.* est.

Reinhardus Rosa) Hujus Patria erat Lipsia; Vid. *Cunradus l. c. p. 245.* & inter *Parodias*

Palat. & Consiliarius Cæsareus nec non Lignicensium Ducum, Reipubl. Vratislaviensis Syndicus (i). Huic adjungimus *Petrum a Mogkendorff & Sonnenburg* (k), S. R. I. Equitem, S. C. M. Consiliarium, Com. Palat. ac Vratisl. Syndicum, Virum ut summæ quondam Autoritatis & plurimorum meritorum; ita & nunquam intermorituri Nominis. Et cui tandem ignotum esse potest celebratissimum quondam Sidus, *Daniel Caspar a Lohenstein* (l); S. C. M. Consiliarius & Syndicus Vra-

dias ad Phaselum Catulli a Senfftlebio editas, extat quoque *p. 49.* Parodia *Henclii* in ejus Obitum; Et *Gebhardus in Pietate Ecclesiastica* vocat illum: Virum non imi subsellii, sed Oraculum quoddam Silesiæ nostræ.

Petrum a Mogkendorff) Qui vero A. 1669. munere iterum se abdicabat publico & *Danieli Caspari a Lohenstein* fasces Syndicatus tradebat; Vid. *Cunradus l. c. p. 193.* Vbi & ejus Symbolum: *Proponit Maxima Virtus*, notat.

Dan. Casp. a Lohenstein) Ducali oppido Nimbschiensi perillustris hic Vir ortum debet suum, ubi 8. Cal. Febr. A. 1635.

natus

Vratislavienſis? Hunc enim relicta, Eruditionis potius incomparabilis, an nunquam

natus fuit. Patrem *Joannem Caſparum*, Senatorem patriæ, & Cæſareorum redituum ibidem Cenſitorem, habuit, quem Imperator nobilitaverat, eique *Lobenſteinii* Cognomen, ex ſaxo quodam perforato, quod *Loba* in agro patrio amnis interfluit, deſumtum, dederat. Erat in adoleſcentulo ſumma docilitas ingenii, cui rei teſtimonio ſunt tragœdiæ: *Ibrahim Baſſa*, *Agrippina* & *Epicharis* dictæ, quas inter ſcholaſticas lucubrationes vix quindecennis condidit, atque ob id locum præcoces inter Eruditos apud *Klefekerum p. 201.* meruit. Ex Academiis & Provinciis peregrinis reverſus, Ducis Olsnenſis Conſiliariorum Ordini adſcriptus fuit. Tandem inclytæ Vratislavienſium Reipublicæ operam ſuam condicens, Syndici ſpectabile munus ſuſcepit, promeruitque ſimul, ut Conſiliarii titulo a *Divo Leopoldo* Imperatore ornaretur. Quam diſertus Orator, ingenioſus Poëta, Hiſtoricus exactus, Philoſophus profundus, Jureconſultus præclarus, uno nomine, quam verus Polyhiſtor fuerit, norunt genuini bonarum literarum æſtimatores.

quam defatigatæ Industriæ dixeris jure; ambigo, sane utriusque monumenta, eum plerisque ligata scribentem Oratione dubiam reddere, soluta omnibus præripere palmam, abunde testantur.

(f) *Labbe* Bibliotheca Bibliothecar. p. 275. *Witte* T. II. Diarii Biographici ad A. 1652. *Rhonius* Epist. I. Hist. Lit. B. col. 2. sqq. *Hankius* Orat. 8. p. 157. (g) *Rhonius* l. c. *Hankius* l. c. (h) *Colerus* Orat. alleg. *Hankius* in Vratisl. s. Præs. Reg. fel. *Hoffmannswaldavius* Carm. funebr. p. 16. (i) *Tscherning* Poemat. p. 162. *Cunradus* Mill. II. p. 146. (k) *Schæbelius* l. c. (l) *Witte* T. I. Diarii Biographici ad A. 1683. & alii complures.

§. XVII.

res. *Arminius* & *Thusnelda*, inter concatenatos Curiæ Labores, inter frequentes arthritidis dolores, elaborati, autorem abunde probant inter Germaniæ eruditos insignem, quidni principem locum? eum mereri. Cæterum de eo evolve *Observationes Halenses T. VI. Obs. X. p. 84. sqq.* ut & *Hagenii Memorias Philosophorum p. 266. sqq.* nec non *Buddei Lexicon*, ubi de vita ejus concinne exponitur. Apoplexia vero 4. Cal. Maji A. 1683. annum quadragesimum nonum agens correptus, ex improviso mortuus est.

§. XVII.

Nefas esset omittere Heroës, qui Minervæ se cultores & Armorum & Librorum amore testati sunt; quorum duorum tantum mentionem injiciemus. Prior erit *Gregorius Haunoldus*, Militum S. P. Q. Vratisl. Præfectus primarius, ob singularem multarum Linguarum Notitiam laudandus (m). Huic jungamus alterum Literatum Vratislaviæ Heroëm, *Albertum Sebisium* (n), cujus nomen ante paucos adhuc

Ad §. XVII.

Gregorius Haunoldus) Vir hic & genere & armis & literis & meritis in Rempublicam Vratislaviensem Nobilissimus

Marti compar validis conjunctus Iberis
Cum trucibus gessit bella cruenta Getis.

Canente *Cunrado l. c. p. 108.* Confer *Eberti Leorinum eruditum p. 16.*

Albertus Sebisius) Inclyta *Sebisiorum* stirps, quæ jam ab aliquot Sæculis Litterarum & armorum laude inclaruit, a Polonico verbo nomen habet, quod Autor illius pro Duce suo fortiter pugnans, Commilitonibus acclamaverit: *Zabiescze, Zabiescze.* Ex hac *Albertus a Sebisch,* Vir

adhuc annos permultos invenit cultores æstimatoresque. Erat nempe Vir, multiplici Librorum Lectione ad vitæ, quam cœlebs usque 1688. 14. Novembr. octuagenario major produxit, finem continuata, Rerum Mathematicarum, Historicarum, & Politicarum insigni peritia, Linguarum variarum cognitione, Latini eloquii puritate, antiquis comparanda, elegantissimo manus in scribendo & pingendo artificio, aliisque multis ingenii corporisque dotibus excellens. Hic non contentus obtenta eruditionis gloria, majus nomen summa Beneficentia meriturus, non modo Libris Theologicis omnisque generis rarioribus pretiosioribusque, sed & raris Codi-

Vir literis & armis inclytus, rubræ Cohortis Vratislaviensis Centurio, & munitionum Vrbis hujus Præfectus, in omni fere studiorum genere exercitatissimus, erat. Quippe Vitam Card. Richelii, Tentamina varia artis muniendi, Miscellanea rei bellicæ, & Architecturam portarum variarum MSt. reliquit, quæ inter MSta Bibliothecæ *Sebisianæ*, *Rhedigerianæ* junctæ reperiuntur. Vid. *Sinapius l. c. p. 864.* Et *Lexicon Eruditorum.*

Codicum Manuſcriptorum, Figurarum in æs inciſarum, & Conchyliorum Cimeliis *Bibliothecam Rhedigerianam* inſignem in modum auxit, eo majori ſpe certiorique æternaturi Nominis, quo magis utilitati, quam ſoli Decori Vratislavienſibus eſſe maluit.

(m) *Calagius* l. 8. (n) *Mühlpfort* Mantiſſa p. 9.

§. XVIII.

Ex reliquis, qui Syndicorum munus in Republ. Vratislavienſi obierunt, & propter eruditam Nobilitatem nobis innotuerunt, duo adhuc memorandi videntur. Meruit certe inſignem ſuo tempore famam *Franciſcus Faber a Cokritz*, Poëta cele-

---

Ad §. XVIII.

Franciſcus Faber) Teſte Epitaphio, quod ita ſe habet:

Hic ſitus eſt, veteres Lygios qui carmine primus
Deſcripſit, Patriæ victus amore Faber.

Functus autem eſt Sec. XVI. Secretarii munere Vratislaviæ, atque obiit A. 1565. d. 19. Septembr. De quo ipſo omnes, qui aliquid de Scriptoribus Si-

R lesiæ

celeberrimus, qui præter alia *Lygios* quoque Carmine primus descripsit, patriæ motus amore (o). Nec minoris, dum viveret, nominis erat *Andreas ab Assig & Siegersdorff* (p), cujus merita, cum adhuc cordibus civium plurimorum inscripta sint, prolixa celebratione indigere vix putamus.

(o) *Curæus* p. 368. *Rhonius* Epist. 3. Histor. Lit. D. 1. col. 1. sq. *Cunradus* Mill. I. p. 51. *Pohlius* Hemerol. p. 356. *Grunæus* in periculis Monumentor. Silesiæ. (p) *Mühlpfortus* Epicedior. p. 247. *Lohensteinius* Hyac. p. 18. sq. *Schœbelius* l. c. *Hankius* Poemat.

§. XIX.

Inter Medicos nobiles præterito seculo

lesiæ literis consignarunt, agunt, inprimis vero adi *P. XI.* der Müßigen Stunden *p. 86. sqq.*

And. ab Assig) Cujus egregia de Rebus Vrbis Vratislaviensis & Provinciæ Collectanea Curia Vratislaviensis servat. Natus Vratislaviæ 1618. d. 4. Nov. de quo *Cunradus l. c. p. 9.*

Civibus Assigii Responsa Oracla fuerunt: Obiit A. 1676. d. 10. Maji, officii, cui optime satisfecerat, Anno XX.

culo maxime floruit *Johannes Crato a Craftheim* (q), trium Imperatorum Archiater, Com. Palat. & Consiliarius Cæsareus, a *Maximiliano II.* gloriosæ memoriæ tanti habitus, ut in ejus honorem, raro certe, etsi non plane Parallelis carente exemplo, nummum cudi jusserit. Nominandus dehinc erit *Petrus Monavius* (r), *Jacobo,*

Ad §. XIX.

Jo. Crato) Vitam ejus tradidi *P. XIX.* der Müßigen Stunden *p. 623. sqq.*

Pet. Monavius) Monavii ortu Suidnicenses sunt, inde Patricii Vratislavienses, ex quibus est *Petrus Monavius*, Philosophus, Philologus & Medicus insignis, natus A. 1551. d. 9. Aprilis, denatus in ipso ætatis flore Pragæ d. 12. Maji A. 1588. ætatis 37. Vbi & hoc ejus extat Epitaphium:

D. O. M. S.

ET

PETRI MONAVII Vratislaviensis, Patritia familia nati, Sacr. Cæs. Majest. Medici, Viri trium Linguarum, & bonarum omnium disciplinarum cognitione cum singulari pietate conjuncta Clariss. MEMORIAE.

R 2 *Obiit*

Jacobo, cujus §. XV. mentio facta, Fratri, Dignitate, Imperatori enim *Rudolpho* a Consiliis Valetudinis summa cum laude fuit, & Eruditionis fama æquiparandus. Nec

---

Obiit anno M. D. LXXXVIII. XII. Maji, Ætat. XXXVII.

Vide *Sweertii Delicias Orbis Christiani p. m.* 482. Aliud ipsi posuit *Val. Acidalius*, quod ita se habet:

Vis multa paucis discere, hospes? hoc audi.
PETRVS MONAVIVS clausus hac jacet tumba,
PETRVS MONAVIVS: sed sat hoc, sat audisti.
In nomine ipso cuncta jam recognoscis,
Jam pridem in illo quæ fuisse, cognosti.
Nam fama nulli muta, tuque non surdus.
Venerare tumbam. Dic bene, hospes, & gaude,
Rescisce & hoc hic, forte quod minus scribas.
Vix plura didicit paucioribus quisquam:
Vix plura quisquam paucioribus discet.

Evolve *Ejus Poëmata p.* 345.

Nec prætereundus *Daniel Bucretius a Rindfleisch* (s), Physicus Vratislaviensis, Medicus, Philosophus & Philologus summus, Archi Ducis Austriæ *Caroli*, Episcopi Vratislaviensis, Archiater, in cujus Symbolum, pro more illius ævi, facta a Viris Doctissimis Carmina habemus. *Abrahamum Sandockium*, Principis Olsnensis Archiatrum & celebrem apud Vratislavienses Practicum (t) propter singularem in Arte Medica peritiam scriptores ejus temporis

 lau-

Daniel Bucretius) Nascebatur Vratislaviæ d. 12. Sept. 1562. atque hoc ipso die Magister, Doctor & Sponsus factus est. *Bucretii* vero nomen ipsi a Præceptore, *Jo. Caselio* impositum fuit, uti supra jam monui. Denascebatur vero Vratislaviæ d. 26. Junii A. 1621. æt. an. 59. Vid. *Cunradus l. c. p. 31.* De Symbolo autem ejus evolve *Symbolothecam doctam p. 39.*

Abrah. Sandeckius) Filius *M. Nicolai Sandeci*, Ecclesiæ Patriæ Freystadiensis Pastoris, de quo *Cunradus l. c. p. 255.* hæc habet:

Patria Freystadium; Studium Sophiæque, Cousque;
Gavisa est Genio Breslaque & Olsna tuo.

laudant. *Laurentius* quoque *Scholzius* a Rosenau (u), Physicus eruditione rara, Editione *Consiliorum Cratonianorum*, & horti cultura admirabili, nomen sibi celebre peperit. Liceat horum encomiis jungere mentionem *Johannis Jessenii a Jessen*,

Laurentius Scholtzius) Honesto hic Cives inter suos loco natus est die 20. Sept. A. 1552. & confecto in scholis publicis studiorum Philosophicorum cursu, ad artem medicam animum applicans, Italiam petiit, ibique Viris doctissimis operam dedit, & Laureæ Doctoralis honores capessivit. Ad suos vero reversus Medicinam feliciter jactitavit, reique Botanicæ multam impendit operam, cujus rei testis fuit Hortus ille, quem intra Patriæ suæ mœnia magnis laboribus & impendiis, quamdiu vixit, excoluit, & omni Plantarum genere exornavit. Vivere autem desiit d. 22. April. A. 1599. æt. 47. Vid. *Schenckii Bibliotheca Medica p. 370.* & *Melch. Adami Vitæ Medicorum p. 363.* De ejusdem autem Insignibus evc've *Calagii Epigrammata L. III. p. 110.*

Jo. Jessenius) Gente hic fuit Silesius, non Bohemus, neque Hungarus, uti *Wittenius*

Jessen, Collegii Carolini Pragæ Recto-
R 4 ... ris (w);

tenius T. I. & II. Diar. Biograph. ad A. 1621. vult, natus Vratislaviæ d. 27. Decembr. A. 1566. Viennæ carceris parieti adscripsit Literas: *I. M. M. M. M.* quas cum a discessu suo legerent varii, nec intelligerent, ingressus tandem est *FERDINANDVS*, sicque interpretatus: *Imperator Matthias Mense Martio Morietur*, simulque arrepta Creta adscripsit idem Prophetiam: *Jesseni Mentiris, Mala Morte Morieris.* Quod utrumque quoque factum. *Matthias* enim A. 1619. d. 20. Martii obiit, *Jessenius* autem, escissa prius a Carnifice lingua, Pragæ A. 1621. decollatus fuit. Dudum autem ante, priusquam miserrimum hunc in modum periret *Jessenius*, fata illi hæc tristia prædixerat *Frid. Taubmannus* hocce Epigrammate;

Fortuna vitrea est:

Quid sortis splendore tumes, homo? vitrea sors est:
Summa ubi nitor est; summa ruina prope est:
Bulla minuta natat tuto: dum crescit in utrem:
Dum vult jam fieri maxima, rupta perit.

ris (w), Archiatri, Academiæ Procancellarii & Legati, ſcriptis variis inclyti, qui poſt Cladem Bohemis illatam, recuperatamque a *Ferdinando II.* Pragam, quod Conſiliis *Ferdinando* oppoſitis ſe immiſcuiſſet, imo plurimorum author fuiſſe crederetur, manu Carnificis ſecuri percuſſus periit. Laudandus tandem propter Eruditionem ſingularem & plurima in rem literariam merita venit *Philippus Jacobus Sachſe a Leuenheim*, Phyſicus, S. R. I. Acade-

Jac. Sachs a Leuenheim) Hic, plurimorum antea morborum Triumphator, ipſe poſtmodum fatorum nutui ſubjectus, cum maximo omnium ſui deſiderio d. 7. Januarii A. 1672. ſuæ mortalitatis Terminos complevit, cum vixiſſet annos 44. Menſes 4. ac dies 23. Natus videlicet Vratislaviæ A. 1627. d. 26. Auguſti ab egregiis Parentibus, Patre *Tobia Sachs a Leuenhaimb*, matreque *Vrſula*, *D. Dan. Bucretii* filia. A Pueritia vero ſtatim in Patriæ ſuæ Gymnaſio Eliſabethano excelſos conatus Præceptoribus *M. Eliæ Majori*, *Chriſtophoro Colero*, *M. Jo. Fechnero*, affatim monſtravit. Hinc Conſilio Patris A. 1646. d. 17. Aprilis in Acade-

Academiæ Naturæ Curiosorum Adjunctus; Huic enim celeberrima isthæc Academia acce-

Academiam Lipsiensem missus, crescentibus annis Ingenium ibi magis magisque exseruit, Judiciique ac doctrinæ maturescentis signa palam dedit. Inde A. 1649. in Academiam Lugduno-Batavam se recepit, & præsentissimum indies Doctrinæ augmentum ex ore ac consuetudine summorum Virorum, *Vorstii* puta, *Falcoburgii*, *Heurnii*, *Walæi*, *Salmasii*, *Heinsii*, *Boxhornii*, conquirendum, sagaciter sibi duxit. Finito per Hollandiam Itinere, strictim aliud per Brabantiam in Germaniam, Galliam & Italiam suscepit, & in Academia Patavina, unanimi Procerum consensu, A. 1651. d. 27. Martii mitra Doctorali solenniter fuit ornatus. Tandem domum redux, mox mox non minus de Valetudine Civium procuranda, quam matrimonio subeundo cogitans: Votique sui compos, *Annam Magdalenam*, *Jo. Benckii*, Consulis & Syndici Namslaviensis, filiam, dulcissimam vitæ sociam A. 1653. pridie Non. Decemb. sortiebatur, ex eaque suscipiebat Liberos tres, Filios videlicet duos, quorum alter, *Johannes Tobias*, jam

acceptum refert, quod Vratislavia alere cœperit Adjunctos, illius nomen ſcriptis in Vrbe patria collectis & editis dilatantes & ad ſeram uſque Poſteritatem transmittentes (x).

(q) *Thua-*

---

jam pridem in cœlum receptus eſt; Alter vero, *Erneſtus Philippus*, Patres inter Conſcriptos Reipublicæ Vratislavienſis hodienum floret; & filiam unicam, *Vrſulam Magdalenam.* Quod ad functiones autem publicas attinet, A. 1671. *D. Godofredo Tileſio* in Phyſicatu ſucceſſit, cum jam ab A. 1658. in Naturæ Curioſorum Collegium, aſſumto *Phoſphori* nomine, receptus fuiſſet. Cæterum, de *Sachſianis* Scriptis, editis partim, partim ineditis, longum texere Catalogum, anguſtia chartæ prohibet; Habeas interim *Caroli Sponii* Lemma *Sachſianæ Tumbæ* inſculpendum:

Heic Machaonis periti, SACHSII, *Syphar jacet:*
Spiritum Manus JEHOVÆ *ſuſtulerunt in polum:*
Viva ſeros ad Nepotes fama perſtabit Viri.

(q) *Thuanus* l. 82. *Boissardus* Icon. P. 3. p. 125. *Freherus* Theatri P. 3. p. 1284. *Cunradus* Mill. 1. p. 37. *Quenstedt* de Patria Virorum Illustrium p. 189. *J. D. Major* Memoriæ Sachsianæ c. 16. p. 25. Promisit *J. Fr. Heckelius* Monumentum summæ gratiæ & singularis gratitudinis in explicatione Nummi 1554. cusi, an publicam viderit lucem dubitamus. (r) *Freherus* P. 3. p. 1288. *Cunradus* Mill. I. p. 114. &c. (s) *Hankius* Orat. p. 137. *Memoria Sachsiana* c. 2. p. 4. c. 16. p. 26. (t) *Cunradus* Mill. I. p. 152. (u) *Freherus* P. 3. p. 1303. (w) *Witte* l. c. ad A. 1621. (x) *Hankius* in Panegyrico Vollgnadiadiano; *Wedelius* de Progressu Academiæ Naturæ Curiosorum; *Müblpfort* p. 71. *J. D. Major in Memoria Sachsiana*, annexa A. 4. Dec. I. Ephem. Nat. Curiosor. *Freherus* p. 1410.

§. XX.

En nunc Patricios, qui privatam egere vitam. Inter eos, velut inter ignes Luna minores, emicat *Thomas Rhedigerus* (y), versatissimus Silesiorum Vlys-

Ad §. XX.

Thomas Rhediger) De quo vide *Cl. Krantzii Memorabilia Bibliothecæ Elisabethanæ Vratis-*

Vlyſſes, Mœcenas hominum eruditorum munificentiſſimus, Vatum Hoſpes & vere Nobilis, ſua Liberalitate, cui *Bibliotheca Rhedigeriana* in Templo Vratislavienſium Eliſabethano repoſita & Nomen & Originem debet, nomen immortale meritus. Hunc excipiant *Chriſtophorus ab Oelhafen* (z), *Servatius Reichel* (a), *Johannes ab Heſſ & Stein*

Vratislavienſis in Præf. Confer ſupra *Scholion* ad *Illmeri Vratislaviam n. 12.*

Chriſtoph. ab Oelhafen) De quo & ejus fratre, *Leonhardo ab Oelhafen*, Senatore Vratislavienſi, agit *Cunradus l. c. p. 204.* Eorum Avus, *Sixtus ab Oelhafen*, Norimbergenſium decus, Romanorum Impp. Friderici III. Maximiliani I. & Caroli V. Conſiliarius fuit.

Servatius Reichel) Minime privatam hic egit vitam, ſed Judicii Provincialis in Diſtrictu Vratislavienſi fuit Præſes, teſte *Cunrado in Sileſia Togata p. 233.*

Johannes ab Heſs) Filius *Johannis ab Heſſen*, J. V. D. & Fiſci Regii per utramque Sileſiam Patroni, atque *D. Johannis Heſſi*, primi apud Vratislavienſes Paſtoris Nepos, natus Vratisl. d. 4. Decemb. A. 1580., de quo *Cunradus in Sileſia Togata p. 125.* ſic canit:

Hoſpes

& Stein (b), *Maximilianus ab Hess & Stein* (c), *Esaias* (d), *Stephanus* (e), *Lau-*

Hospes es Aonidum, majorum more tuorum;
Hinc tot te visunt ex Helicone Deæ.

Et hic etiam non privatam agebat vitam, sed inter Consiliarios Illustrissimorum Principum Olsnensium locum habebat, oculosque claudebat d. 17. Jul. A. 1656. æt. an. 76. Vide *Sinapii Olsnographiam P. I. p. 912. & 949.* Ejusque Schlesische *Curiositæten P. I. p. 459.*

Max. ab Hess) Frater natu minimus, nascebatur Vratislaviæ d. 29. Sept. A. 1590. Itidemque Consiliarii munere apud Principes Olsnenses fungebatur, & A. 1639. d. 8. Decembr. æt. an. 49. oculos claudebat Olsnæ; Vid. *Sinapius l. c.* & *Cunradus l c. p. 125.* ubi eum hoc mactat Elogio:

Hessiades gente est, Eobanum versibus æquans;
Credo, animam hunc animæ illi insinuasse suam.

Esaias Jessensky) Cujus apud *Cunradum l. c. p. 140.* tale est Elogium:

Majorum generi me virtus addere jussit;
Monstrarunt aditum Musa, Minerva, Themis.

Nasce-

Laurentius (f) & *Tobias* (g) *Jessensky de magna*

Nascebatur Vratislaviæ d. 25. Martii A. 1580. Patre *Laurentio*, Equite Pannonio, & Matre *Barbara Vthmannia*, denascebaturque Viennæ d. 17. Sept. A. 1648. Vid. *Sinapius l. c. p. 492.*

Stephanus Jessensky) Esaiæ frater germanus, lucis usuram capiebat Vratislaviæ d. 25. Novemb. A. 1574. eamque iterum amittebat ibidem d. 29. Jan. A. 1622. Cujus apud *Cunradum l. c. p. 141.* Elogium est tale:

Nobilibus socior generis splendore vetusti,
Et socior clariis artis honore Viris.

De Filio vero ejus *Sinapius l. c. p. 492.* hæc tradit: *Stephanus Carolus* von Jessensky und Groß-Jessen geb. 1617. hatte sich durch Erlernung vortrefflicher Wissenschafften und Besuchung fremder Länder grosse Geschicklichkeit erworben, liebte aber nachmahls eine gottseelige Einsamkeit und starb zu Breßlau nach zweytägiger Niederlage 1. Mart. 1673.

Laurentius Jessensky) Vid. *Sinapius l. c. p. 492.*

Tobias Jessensky)

Hunc etiam Pallas genio meliore beavit:
Hinc illam extollit laudibus ipse suis.

Vid. *Cunradi Prosopogr. Mell. Mill. III. p. 77.*

magna Jessen, *Petrus* (h), & *David* (i) *Haunoldi*, *Daniel a Tarnau* (k) & *Jacobus Arzat* (l), quorum recensere laudes, Eruditione partas, & prolixum & supervacaneum foret.

(y) *Cunra-*

Petrus Haunoldus) Johannis, Senatoris Vratisl. frater, Vir undiquaque literatissimus, de quo *Cunradus in Silesia Togata p. 109.* sic canit:

Vt prodesse queam, nullique nocere, laboro;
Doctrinæ summa est hæc manifesta meæ.

Dan. a Tarnau) Ex antiquissima Equestris Ordinis familia Polonica *Tarnaviorum*, Silesiorum *Kuhschmalziorum*, A. 1603. d. 12. Sept. Vratislaviæ natus, &

Juris inaccessi quærens mysteria Tarnavo,
Lustravit varias mente sagace scholas.

Hinc Reipublicæ Senator factus, A. 1656. d. 23. Decembr. obiit, relicto filio *Jo. Christophoro a Tarnau*, Senatore itidem Vratislaviensi, quo justior alter, nec pietate fuit, Patriæ nec major amicus, cujusque vitam, literas, itinera, inque patriam merita curatius *Hankius in Monumento LXI.* expoluit. Conf. *Sinapius l. c. p. 970.*

(y) *Cunradus* Mill. I. p. 144. *Pohlius* Hemerol. p. 7. *Jo. Leonclajus* in Epiſtola ad *Jo. Sambucum*, Editioni *Zoſimi & Procopii* Baſilienſi præfixa. *Henelius* Bresłograph. p. 13. (z) *Cunradus* Mill. I. p. 122. (a) *Cunradus* Mill. I. p. 141. (b) *Cunradus* Mill. II. p. 93. (c) *Cunradus* Mill. I. p. 81. (d) *Cunradus* Mill. II. p. 103. (e) *Calagius* l. 8. *Cunradus* Mill. I. p. 87. (f) *Calagius* l. c. (g) *Cunradus* Mill. III. p. 77. *Calagius* l. c. (h) *Cunradus* Mill. II. p. 88. *Calagius* l. 7. (i) *Calagius* l. 9. (k) *Tſcherning* Sched. (l) *Calagius* l. 3.

§. XXI.

Agmen denique claudant Nobiles Vratislavienſes, quorum Eruditio & induſtria Juventuti Scholaſticæ profuit, quorum duos in medium proferemus. *Salomon Frencelius a Friedenthal* (m) inter eos

Ad §. XXI.

Sal. Frencelius) Miſere hic periit A. 1605. die 18. Julii, teſte *Krügero in Hiſtorologia p. 227. b.* Weilen er Carolo dem König in Schweden ſein Symbolum: *Ex hoc in aliud*, Schertzweiſe umgekehret und darzu geſchrieben hatte: *Neque hoc neque illud.* In Exſequias autem ejus *Tobias Aleutnerus* hoc compoſuit Epigramma:

O duram

eos priorem locum mereri videtur, qui suo tempore Poëmatibus plurimis maxime inclaruit, & Poëta Laureatus Cæsareus Ethicesque Professor Publicus Helmestadii

O duram nimium Lachesin! tibine ergo licebit
In quemvis rabidas exseruisse manus?
Pondera quin potius telluris inertia raptas?
Commoda sed mundo vivere membra sinis?
Si pia relligio, si candor & ardua virtus,
Extremis possent vim probibere rogis:
Viveret; atque homines inter vitale videret
Lumen, FRENCELIVS Lumen, Apollo, tuum
Ferrea lex fati vetuit: jacet æthere Vates
Cassus; & in Cinerem, quod fuit ante, redit.
Parte tamen meliore sui colit aurea Cœli
Atria: præclarum nomen in Orbe volat.

Vide *Aleutneri Chiliadem Epigrammatum miscellaneorum p. 411. sq.* Conf. *p. 319.* Vbi & *in Ejus Insignia* lusit. De Ejusdem autem Symbolo: *Per Angusta ad Augusta* evolvatur *Symbolotheca docta p. 74. sq.*

dii extitit, cui muneri ſumma cum laude ejusque præfuit, donec Rigam ad ſuſcipiendum Scholæ Directorium vocaretur. Ingens quoque ſui deſiderium moriens A. C. M. DC. XVIII. apud Vratislavienſes reliquit *Johannes ab Hæckelshofen*, Gymnaſii Mariæ Magdalenæo templo adjacentis Moderator longe celeberrimus. Hic, quantum corpori ſplendoris & elegantiæ deerat, animi dotibus præſtantiaque compenſans, tanta cum felicitate docuit, ut capiendis auditoribus locus deſtinatus non ſufficeret, & ſplendori ſuo, quo hodie, utinam ad ſeculorum finem uſque, ſuperbit, magis magisque acceſſurum Gymnaſium amplius Auditorium ſibi depoſceret (n). Variis uterque ſcriptis memoriam ſui fecere immortalem, quæ, cum alibi recenſita inveniantur, hic referre non juvat.

(m) *Witte* Diarii Biographici T.I.ad A.1605. *Cunradus* Mill. I. p. 59. (n) *Witte* l. c. ad A. 1618. *Cunradus* Mill. I. p.83. *Hankius* Orat. p. 136.

§. XXII.

Jo. ab Hæckelshofen) De quo dixi ad *Illmeri Vratislaviam n. 28.* Confer *Cunradi Sileſiam Togatam p. 129.*

§. XXII.

Et hos pauci, quos nec Exemplarium Raritas, nec ingens pretium, nec Poſſidentium Livor nobis invidit, Libri ſuppeditaverunt, non penitus manum de Tabula retracturis, ſed impoſterum forſitan & Judicio firmatiori & Librorum plurium adjutorio plures ab oblivione vindicaturis. Quos hodienum ut decus colu-

Ad §. XXII.

Vindicaturis) Merito enim Nobiles inter Vratislavienſes Eruditos locum quoque meretur:

I. *JOHANNES HESSVS in Stein.*

Qui filius erat natu major *D. Johannis Heſſi*, ex prima Conjuge, *Sara Jopneria*, A. 1529. d. 21. Septembr. ſuſceptus, & qui *egregium Sileſiæ ornamentum* apud *Henelium in Sileſiæ Togatæ L. IV.* audit. Doctor enim Juris creatus & in patriam reverſus, cum foro ſe conſecraſſet, Reſpublica Vratislavienſis ſibi vendicavit, & in Conſilia Sapientum ſuorum adſcitum Vrbis Syndicum, & univerſi adeo Ducatus Procancellarium creavit. In quibus Functionibus talem ſeſe qua

 domi,

columenque suum veneratur inclyta Budorgis,

domi, qua foris præstitit, ut eruditionis ipsius, facundiæ, prudentiæ, aliarumque virtutum suavis odor in omnes Germaniæ partes diffunderetur. Neque *Carolus* modo Olsnensium Dux Illustrissimus, suis illum Consiliis adsciſceret, sed & ipse Augustissimus Imperator nihil tale sperantem, aut cupientem, in numerum Consiliariorum suorum cooptaret, Fiscique Silesiaci Patronum constitueret. Quam dignitatem vero cum vita posuit Vratislaviæ A. 1594. d. 16. Octobr. annos natus 65. relictis filiis *Johanne*, *Daniele*, *Friderico* & *Maximiliano*, futuris quidem Propagatoribus familiæ ab Hessen & Stein, sed quæ circa medium superioris Seculi cum iis rursum exspiravit; Vid. *Scholiastes Henelianus* c. 12. p. 1201. *Cunradus* Silesiæ Togatæ p. 126. *Cl. Rungius* Spec. IV. Miscellaneorum p. 83. sq.

II. *ANDREAS ab HERTWIG in Wonewitz.*

Nascebatur Vratislaviæ d. 14. Martii A. 1513., & cum prius Episcopo Vratislaviensi fuisset a Consiliis, vocabatur postmodum ad munus Fisci in Silesia ob-

dorgis, aliorum induſtriæ celebrandos re-
linqui-

obeundum, unaque Conſiliarii Cæſarei titulo augebatur; quam etiam Spartam Vir eruditisſimus, præclaræ experientiæ, plurimæque auctoritatis, eximia cum laude & gloria gerebat, fidemque adeo & induſtriam ſuam haud modo in Conſiliis ſalutaribus promendis, quæ ab eo exigebantur frequentisſima, ſed & in variis, iisque maxime arduis Commisſionibus dextre exequendis, Sacratisſimis Imperatoribus *Ferdinando I.* & *Maximiliano II.* eum in modum probabat, nt dignam labore ſuo, h. e., immortalem ſui memoriam ad poſteros tranſtulerit. Patrem habebat *Tillemannum Hertwig*, Civem Reipublicæ Boleslavienſis primarium, cui primo e ſuis *Ferdinandus* tunc Rex, inde Imperator Romanus, Nobilitatis Jura, Diplomate Auguſtæ Vindelicorum 15. Febr. Anno 1532. ſignato, virtutis ergo contulit, poſt 25. autem annos *Tillemanni* jam defuncti filiis, *Andreæ*, *Dominico*, *Antonio*, *Tillemanno*, *Joanni*, *Petro* & *Paulo*, novo Diplomate dato Viennæ 21. Jan. A. 1557. non confirmavit ſolum benigniſſime, ſed & eum in modum auxit ut priſcis

 Inſi-

linquimus, inventuros omnino complures, qui

Insignibus & Galeam apertam, & Coronam Regiam adjiceret, potestate insuper facta cognomentum *de Hertwig* pro lubitu usurpandi. Mater illi erat *Magdalena Scholtzia*, raro Dei beneficio id consecuta, ut ad quartum usque gradum ex se 115. videret Posteros. Ipse vero in conjugio quoque vivebat gemino honoratoque, & A. 1575. d. 9. Febr. æt. an. 63. in Vrbe natali vita defungebatur; Vid. *Henelius* l. c. c. 12. p. 1200. *Cunradus* l. c. p. 123. Cæterum, fratres inter ejus præcipue nominandus venit *Tilemannus ab Hertwig*, J. V. D., Divorumque Imperatorum *Ferdinandi* & *Maximiliani II.* Consiliarius, & Reipublicæ Vratislaviensis Syndicus, de quo agit *Cunradus l. c. p. 123.* Confer infra *N. VII.*

III. *SIGISMVNDVS PVCHER a Puchen.*

Reipublicæ Vratislaviensis Senator & Scholarum Præses, denatus in Secessu suo Peterwiz A. 1568. d. 20. Julii. Ætatis 43. Senatorii muneris 10. In cujus obitum *Martinus Hoffmannus* tale composuit Epicedium:

Ante

qui Patriæ felicitatem non tacita modo Admi-

Ante diem rapuit si quem mors improba nobis,
Vivere qui Pylium Nestora dignus erat,
PVCHERVM *accipias, ne longe exempla petantur;*
Heu quanto Patriæ concidit ille malo!
Defuit haud pietas, nec virtus æmula recti:
Eloquium, gravitas, Candor, & integritas.
Patricii titulos igitur tulit Ordinis amplos,
Quos olim multo gessit honore Pater.
Præfuit ille Scholis, sic decernente Senatu:
Juvit qua potuit parte juvare Scholas.
Interea infestant Vrbem Contagia nostram,
Et pereunt tristi millia multa Lue.
Tum quoque PVCHERI *Conjux,* PVCHERVS *& ipse,*
Pesteque lethifera Filia Virgo *perit.*
Præcipiti sic mœsta domus fuit obruta fato,
Heu quam sollicitiplena doloris erat!
Quo ruitis properæ durissima numina Parcæ,
Intempestiva rumpere pensa manu?

 Tollite

Admiratione suspiciant, sed & grato Authorum

Tollite quin Patriæ pestes, & pondera terræ:
Et date præclaris tempora longa Viris.
Vester erat Musæ: Violas date, spargite flores:
Et tumulus grato spiret odore rosas.
Sic sic PUCHERUS *placida requiescit in urna,*
Illius & nomen secla futura canant.
Aurea perpetui se mox Respublica regni
Tollet, & in Christo vita perennis erit.

Confer *Cunradi Silesiam Togatam p. 226.* ubi & reliquorum Eruditione & Nobilitate conspicuorum *Pucherorum* Elogia exhibentur.

IV. *SERVATIUS REICHEL in Jenckwitz.*

Reipublicæ Vratislaviensis Præfectus, A. 1569. d.20. Decembr. ætatis 54. demortuus, & a *Martino Hoffmanno* hoc condecoratus Epicedio:

Nomina non temere certis sunt indita rebus:
Atque homo non unquam nomen & omen habet.

Sic

thorum Sortis adeo benignæ Præconio aliis

Sic erat, ereptum nobis quem jure dolemus:
Qui tamen in versu non bene nomen habet.
Si genus antiquum spectes, veteresque parentes
Exortos claro sanguine, dives erat.
Dives erat, spectes summæ si munera mentis:
Quadrat & huc si quid, re quoque dives erat.
Consiliis Patriam servare perutilis autor:
Commoda sic ipsis nomina rebus habet.
Pro meritis lacrymas, desideriumque respondunt
Cives: Et PATRIÆ *est plebs memor usque* PATRIS.

Conf. *Cunradus l. c. p. 233.* qui in recensendis *Reicheliorum* nominibus multam impendit operam.

V. *GREGORIVS MORENBERGERVS.*

In Claris Vratislaviensium familiis *Morenbergica* quoque olim splendebat. Eamque *Gregorius* noster duobus omnium optimis ornamentis, Scientia & Innocentia

aliis notam reddant. Prævidemus facile, tantum

---

centia commendabilem faciebat. Fuit autem Reipublicæ Vratislavienſi a Secretis, & una cum Magnanimo Viro, *Joanni Haunoldo*, Autor ſuaſorque Senatui extitit ad condendam Academiam. Hinc etiam de eo *Cunradus l. c. p. 192.* ſic canit:

Hoc ſuaſi, ut Muſis mea Bresla pararet Athenas;
Impediit tantum Terra Polona Bonum.

Opus vero iſtud partim per Cracovienſes, partim per Capitulares Vratislavienſes impediebatur, utpote quibus jucundius erat privatis, quam glorioſius publicis ſtudere Poſteritati Vtilitatibus. Obiit tandem Vir hic, de ſui temporis rebus præclarum in modum meritus, d. 31. Januarii Anno 1518. & reliquit *de variis Sileſiorum Memorabilibus Relationes* a ſe conſignatas; Vide *B. Hankii Sileſios Indigenas Eruditos c. 59. p. 186. ſq.*

VI. *JOHANNES MORENBERGERVS, Junior.*

Hic erat *Gregorii* Nepos & *Johannis*, cujus ſupra ad *Radeckii Carmen de Ludis Vra-*

tum Eruditionis florem, quo generosa Vra-
tisla-

Vratislaviensibus n. 14. mentionem fe-
ci, filius, Vir Nobilitate Generis &
Virtute præstantissimus, qui

*Successit Patri (pia Laus!) non dege-
ner hæres;*
*Vix dum consedit, mortis adivit
iter.*

Ceu de eo canit *Cunradus l. c. p. 192.*
Obiit autem A. 1571. d. 11. Febr. ætatis anno 35. Senatorii muneris 1. Et ipsi *Martinus Hoffmannus* sequens scripsit Epicedium:

Condatur Corpus terrestri exangue sepulchro,
Reddendum vitæ mox tamen illud erit.
Pulvis & umbra fuit, fiet quoque pulvis & umbra:
Et novus ex isto pulvere surget Homo.
Buccina cum Domini vastum compleverit Orbem,
Vltima judicii quando erit orta dies.
Ast anima in Domino vivit, quæ sanguine Christi
Mundata, est expers Criminis atque necis.

Corpus

tislaviensium Nobilitas non minus ac aviti generis

Corpus & ærumnis, omnique dolore solutum,
Propositum fausto fine peregit iter.
Exemplo Christi juga pertulit aspera vitæ
Et moriens vitam possidet usque novam.
Mens sine questu omni vivit: corpusque quiescit,
Extremæ donec tempora lucis erunt.
Cœlesti Dominus tunc illustrabit honore,
Gaudia vivendi non peritura dabit.
Interea placido requiescant membra sopore:
Terra tibi & functo sit MORENBERGE *levis.*
Dignus eras longo ducendæ tempore vitæ:
Ast aliud de te fata Deusque volunt.
Tu patriæ poteras multos prodesse per annos,
Præclarum Generis lumen & esse tui.
Heu cadis in primo vernantis flore juventæ;
Præsidium poteras Civibus esse tuis.
Vix post fata Patris tibi tertia vivitur æstas,
Atque eadem ferme tollit utrumque dies.

Ac-

generis ſplendore Meritorumque ſuorum gloria

At nos exercent miſeræ quos tempora vitæ,
Quæſumus, in Domino molliter oſſa cubent.
Et mortis memores, noſtras redeamus ad ædes,
Accinctos tacito ut nos vocet illa gradu.
Hoc faciat Chriſtus, Spes una Salusque piorum:
Sanguine ſervatos nos beat ille ſuo.
Liberat a Satana, inferni pœnisque tremendis:
Cui ſolo vero Gloria, lausque Deo.

VII. *TILEMANNVS ab HERTWIG.*

Andreæ frater, de quo ſupra *N. II.* dixi, lucem aſpiciebat Vratislaviæ d. 27. Novembr. A. 1512. & non ſolum honoribus fulgebat Academicis, quippe J.V.D. Titulo inſignitus, verum etiam in Divorum Imperatorum *Ferdinandi I.* & *Maximiliani II.* Conſiliariorum Numerum aſcitus fuit, & ſimul in Republica patria Syndici munus geſſit egregie. Cujus laudes *Martinus Hoffmannus in Epicediorum libro*, fatis enim cedebat

gloria nitet, perpetuum constantemque futu-

debat A. 1571. d. 2. Martii, hunc in modum decantat:

Fecerat insignem quem multa scientia Juris,
Hac TILMANNVS *humo mortuus ossa locat.*
Nosse sat hoc fuerat: Virtus sed plura requirit
Summa Viri, æternos non moritura dies.
Et genus egregium majori laude vehendum,
Et patria extolli pluribus ipsa cupit.
Nesciat HERTWIGIOS, *qui claram nesciat Vrbem*
VRATISLAI? *pingui quæ celebrata solo:*
Inde suos ducit Natales, quem modo tristi
Carmine deflemus, qui lachrymasque movet.
Magnus hic eloquio, quoties defendere mœstos
Illum mirata est Curia nostra, reos.

Princi-

futurum, cum tot Patronis fultus, tot Exem-

Principibus charus Patriæ, quibus inclyta gaudet
Slesia: Præsidium Nobilitatis erat.
Illius & pietas fuerat notissima cunctis,
Ornatus vera cognitione Dei.
Cives consilio fuit officiosus in omnes,
Atque Poëtarum, Pieridumque decus.
Longius & poterat producere stamina Vitæ,
Invidit plures diva Podagra dies.
Hac consumpta perit: sedes colit ille beatas:
Inde dolor, lacrymæ, morbus & omnis abest.

VIII. *JOANNES SAVROMANNVS.*

Illa vetus Nobilium Gens, quos plerique *Sauromannos*, alii aliter appellant, intra Silesiam orta, præclaros multos in Emolumentum Rei publicæ & literariæ protulit Viros. Quos inter *Johannes* quidem noster, patricia & honorata familia natus Vratislaviæ, cum abundaret

Exemplis provocatus, ſtudiorum Amor creſcat indies, majoraque incrementa capiat.

daret ingenio, eoque, in doctrina capeſſenda gnavo, humanioribus Literis ita deditus fuit, ut cum iis ſemper divinarum literarum coniungeret cognitionem. His ſucceſſu conſpectiore promicans, ex facili meritoque Sacris initiabatur. Eccleſiam enim Vratislavienſem Cathedralem Canonicus regebat, Cervimontanam Plebanus de ſacro Vmbone docebat; Inſuperque ipſi debemus *Æſchyli Tragœdiarum Græcarum omnium Latinam Interpretationem*, Baſileæ per *Joannem Operinum* editam; Et *Carmina*, *quibus Chriſtianæ pietatis quinque Capita*, Decalogum puta, Symbolum Apoſtolicum, Orationem Dominicam, Sacramenta &c. complexus eſt, Lipſiæ edita. Mortem vero obibat Vratislaviæ d. 27. Novembris A. 1510. & ſepulchrum ibidem in Æde Cathedrali, ſacello Sauermanniano, occupabat, ubi hodienum ſupereſt hoc Epitaphium:

Venerabilis Vir, Dominus JOANNES SAVERMAN, hujus Eccleſiæ Canonicus, & Plebanus Hirsbergenſis, hic condi-

capiat. Certe, si unquam communis Proverbii, quo ad Regis Exemplum totum

conditus est: Anno Domini M. D. C. Die XXVII. Mensis N.

Vide *Hankii Silesios Indigenas Eruditos* c. 55. p. 181. sq. *Henelii Silesiographiam Renovatam* c. 8. p. 526. sq. *Zelleri* Hirschbergische Merckwürdigkeiten P. I. p. 64. & *Cunradi Silesiam Togatam* p. 258.

IX. *VALENTINVS SAVROMANNVS.*
in Jeltsch & Gnichwitz.

Vir acri ingenio, & multiplici eruditione cum exquisita facundia insignis, consummata, raraque prudentia rebus maximis gerendis par: Familia is apud suos Vratislaviæ natus nobilissima, utpote quæ non *Georgium* tantum, sed & *Joannem*, duosque *Albertos*, Ducatus Vratislaviensis Præfectos, edidit; Cum in Patria Literarum fecisset tyrocinium, Pragam, Bohemiæ Metropolin, studiorum aliorum Magistram sedem habuit; Vitebergam inde & Heidelbergam petiit; Exinde multa & celebriora loca Italiæ adiit, atque

tum Subditorum Orbem componi prudenter affirmatur, veritas manifeſte patuit:

---

perluſtravit, ubi magnam utique doctrinæ copiam & optimarum rerum uſum non mediocrem ſibi comparavit. Itaque ex Italia redux, cum in Aulam *D. Ferdinandi*, Romanorum tunc Hungariæ & Bohemiæ Regis, ſeſe contuliſſet: Ob ingenii elegantiam, ſummamque Virtutis & prudentiæ opinionem inter præcipuos Auguſti Conſiliarios haud difficulter cooptatus fuit. In quo munere obeundo neque fidem, neque gravitatem, neque induſtriam, neque animi magnitudinem, neque perſpicientiam illi defuiſſe, vel illud argumento eſt, quod non paucas, easque magnificas Legationes Oratoris nomine, cum ad S. R. Imperii Principes, tum ad Poloniæ Regem, non ſine nominis ſui laude ac Reipublicæ bono obiit. Neque vero intra hos Cancellos Vir præſtantiſſimus induſtriam ſuam coercuit, ſed eandem quoque *D. Maximiliano* Imp. abunde probavit. Ducta vero uxore, *Maria Popelia* e Baronum *Stiriorum* ſtirpe, tandem ad domeſticam reverſus quietem

tuit: hoc ipſo tempore patuiſſe, juſtiſſime dixeris. Sileſiam, & in ea Vratislaviam, aſpice,

tem, reliquum ætatis quod fuit, in honeſtiſſimo otio tranquille traduxit. E vivis autem ſublatus eſt Vratislaviæ A. 1571. d. 15. Decembr. atque eum *Martinus Hoffmannus* ſequenti cohoneſtavit Epitaphio:

Si repeto elapſi Juveniles temporis annos,
Vt primum Breslæ *mœnibus hoſpes eram:*
Ex SAVROMANNO *genitus tum ſtemmate vixit*
ALBERTVS: *noſtræ qui Caput Vrbis erat.* Obiit 1542. 14. Mart.
Ille ſalutaris Patriæ fuit: Optimus Vrbis
Civis, & acceptus Civibus ipſe ſuis.
Qualis & eſt patriis qui nunc virtutibus Vrbi
Præſidet; antiquis annumerandus avis.
Vivat, & auſpiciis Reſpublica floreat almis:
Vivat, & æterno nomen honore gerat.

aſpice, miraturus, quam ſollicite ſum-
mum

Inde VALENTINVS, *cognato ſanguine duxit*
Progeniem, placide qui modo functus obit.
A patre diſcedens, Sacras Pragæ imbibit artes:
Et didicit Linguam culte Boëme tuam.
Saxones inde petit, qua defluit Albidos unda
Nomine permotus clare PHILIPPE *tuo.*
Artibus hic operam ſtudio dedit usque fideli,
Legibus incumbens, JVSTINIANE, *tuis.*
Et quia percupidus diverſas viſere terras,
Eytelbergiacam tranſiit inde Scholam.
Mox abit Auſoniam, ſtudiis majoribus aptus,
Vrbs ubi, quæ nomen de Bonitate trahit.

AL-

mum Auguſtiſſimi Imperatoris erga Literas

ALCIATVS *ſed enim quia tum florebat in oris*
Vicinis, celebri qua fluit amne Padus:
Hic quoque Muſarum placuit ſuccedere tectis,
Noſcere præclaros, notus & eſſe Viris.
Ergo domum multa, Italicis digreſſus ab oris,
Inſtructus rerum cognitione redit.
Fama canit reducem, & FERDNANDI *nunciat aulæ,*
Conſiliis Regni qui jubet eſſe ſui.
Atque aliquot tanto functus feliciter annos
Munere, cum magna laude peregit opus.
Mittitur Orator Germanos ſæpius oras,
Nimirum ſeptem juſſus adire VIROS.
Suecia cum triſti, & fremeret Livonia bello,
Inter Cognatos ſcilicet illud erat.

ras Literatosque Amorem exprimere studeant.

Cæsar amans pacis, deponere præcipit arma,
Pax multo tandem sanguine parta fuit,
Legatos inter pars SAVROMANNE *fuisti*
Cæsareos, magno gentis honore tuæ.
Audiit Orantem Rex Sarmata sæpius illum,
Miratus magni nomen & ora Viri.
Cæsaris hic mansit plures Orator ad annos:
Et Regi gratus, Nobilibusque fuit.
Hic sibi connubio POGELINA *a stirpe* MARIAM
Junxit: qua Stiriæ montibus arva jacent.
Est ubi prælustri de sanguine nata Baronum,
Heroas inter connumeranda nurus.

Sic

ſtudeant. Invictiſſimo proinde Cæſari nunquam interruptos de Chriſtiani Nominis

Sic fuit ille Ducum, Regumque Illuſtribus aulis
Clarus, & æterno nomen honore tulit.
Res patriæ ſtudio quanto, curaque fideli
Juverit, eſt teſtis publica fama ſibi.
Felicem Patriam, tales ſi noſtra tuliſſet
Terra Viros, qualis, qui modo functus, erat.
Promptus Amicorum motas componere lites,
Et felix animos conciliare feros.
Pauperibus facilis, doctasque benignus in artes:
Munificum experta eſt ſubdita turba virum.
Talis erat: dignus ſuperaret Neſtoris annos,
Longius ut Patriæ conſuleretque ſuæ.

minis Imperiique Hostibus Triumphus, Patriæ nostræ felicitati perennem Constantiam,

At Deus, a quo vita venit, quamque ipse reposcit,
Ærumnis positis ad meliora vocat.
Scilicet æternis surgunt ubi gauäia regnis:
Per mortem nobis, Christe, parata tuam.
Hic inter Proceres residens, Regesque beatos,
Cœlesti fruitur Nectare & Ambrosia.

Conf. *Henelium* l. c. c. 8. p. 529. sqq. *Curradum* l. c. p. 259.

X. *ALBERTVS SAVROMANNVS a Jazinavv.*

In Hoc Nobilissimæ Gentis nunquam senescens Gloria, usque adeo, dum is vixit, viguit, ut appareret, illum non minora ornamenta Majorum suorum nomini reddere, quam quantum ipse ab illorum memoria acceperit splendoris. Amavit enim Literas humaniores,

ſtantiam, Patribus Patriam Eruditione ſua & ornantibus & juvantibus fauſte Sortis peren-

res, & excellenti judicio, ac facundia ſingulari præditus fuit. Hinc *Servatio Reichelio*, Viro nobiliſſimo, defuncto, cum ampliſſima Ducatus & Vrbis Vratislavienſis Præfectura in eum recidisſet; tantam utique excitatam de ſe expectationem præclare ſuſtinuit; ad quam etiam augendam, & ornandam. *Sauromannus* omnem adhibuit curam. Aſt Vratislaviam tam præclaro Præſide humanæ conditionis neceſſitas nimis cito orbavit, e vivis enim ſummus Vir d. 8. Martii A. 1572. ætatis anno 49. ſublatus fuit. Cujus obitum *Martinus Hoffmannus* ſequentem in modum deplorat:

Diſcite Mortales, quam vita miſerrima nobis,
Quam brevis, incertos duret ut illa dies:
Non locus hic ſtabilis, non eſt hic manſio firma,
In cinerem corpus, qui fuit ante, redit.

perennitatem, Eruditioni ejusque Cultoribus universis florem immarcescibilem,

Pulvis & Umbra sumus: nihil hic nisi somnia vana,
Aut illis si quid vanius esse potest.
Quid caro? quam fœnum: quid mundi gloria? quam flos,
Agricolæ dextra qui resecandus erit.
Sicut avis transit plaudentibus aëra pennis.
Vllaque nec cursus signa relicta manent:
Sic hominis functi vestigia nulla supersunt,
Omnia sic secum mors inopina rapit.
Omnia sunt mortis: quam longa oblivio rerum
Insequitur, mundus quas periturus amat.
Hospes in hoc mundo es, profugus, peregrinus & exul:
Qui tibi sit certus non locus ullus erit.

Te

lem, concedat divina benignitas! quo Sanctissimi ejus nominis Gloria ad consum-

Te quoque consumet (pereunt quo cætera) Tempus,
Nulla tibi requies, quam dabit illud, erit.
Approperes igitur Patriæ, qua devius error
Expulit: at Christi reddita morte tamen.
Fidentes ibi vera manet, dabiturque perennis
Gloria: Cœlesti perficienda throno.
Angelici hic proceres fient socia agmina nobis:
Affluet & quantis vita beata bonis.
Hic requies solida, hic nunquam peritura voluptas:
Gaudia, quæ nullum sunt habitura modum.
Gaudia, non oculis visa, & non auribus hausta:
Gaudia, nullius cognita corde Viri

His

ſummationem uſque Seculi dilatetur, utilitasque Reipublicæ, quæ Eruditioni multa debet,

His nunc (o columen Patriæ, dum fata ſinebant,
Et decus omne tuis) te datur usque frui.
Gratamur placide functo, curisque ſoluto
Pro Patria: in Cœlis nunc tibi parta quies.
Nos memores meriti usque tui, tua facta canemus:
Et celebris de te fama ſuperſtes erit.
SAVROMANNE *tuum nomen, tua facta manebunt,*
Dum celebris mundo pulchra BVDORGIS *erit.*
Exilii memores noſtri, vitæque caducæ
Pertæſi, Chriſto Rege ſequamur iter,
Ad patriam longo quod nos errore reducit,
Hæredes Patrio reſtituitque polo.

Tran-

debet, augeatur indies, &, quo nomine jam antea ſuperbiit, eo ad finem uşque mundi

Tranſit honos Mundi: vana eſt quoque Gloria Mundi,
Quod duret toto reſtat in Orbe nihil.
Cedamus Mundo, & moniti meliora ſequamur:
Quæ ſunt per mortem, CHRISTE, parata tuam.

Conf. *Henelius* l. c. c. 8. p. 530. *Cunradus* l. c. p. 257.

XI. *CONRADVS SAVROMANNVS in Jeltſch & Gnichwitz.*

Valentini hic erat filius, cuique contigebat vita a negotiorum publicorum curis moleſtiſſimis & ab omni adeo ambitione remota, quave non alia magis eſt libera & vitio carens. Tanta vero ingenii ſuavitas, tanta in patriam pietas, tanta in rebus maximis, ac minimis gerendis dexteritas, tanta erga omnes homines morum comitas, tantus denique in omnes humanitatis amantes, ac literarum, quas ut Juvenis diligenter coluerat, ſic ne vir quidem tractare

mundi gaudeat Vratislavia, maneatque: *Gubernatorum Terræ Seminarium*, atque Doctri-

tractare desierat, adfectus fuit, ut vix dici queat. Nascebatur A. 1565. die 22. Jul. & in mortem concedebat d. 4. Aprilis A. 1618. ætatis 54. Vid. *Henelius* l. c. c. 8. p. 531. sq. *Cunradus* l. c. p. 258. sq.

XII. *PRECISLAVS a POGARELLA.*

Eques Monsterbergensis & Episcopus Vratislaviensis, Temporumque suorum Felicitas, qui ob Eruditionem, Prudentiam, Liberalitatem, simul & amabilis, & venerabilis, tam exteris, quam suis fuit, prout plura de eo referunt *Hankius* l. c. c. 18. p. 89. sqq. *Scholiastes Henelianus* c. 8. p. 93. sqq. *Cunradus* l. c. p. 215. & die Müßigen Stunden P. III. p. 101. sqq.

XIII. *BALTHASAR NECHERVS.*

E familia Nobilissima in Saganensium Ducatu procreatus, A. 1490. primum aspiciebat lucem, Adolescentiamque studiis potissimum sacris exornabat: quibus etiam obtinebat, ut non solum J. V. Doctor renunciaretur, verum etiam

Doctrinæ, Disciplinæ, Exercitiorum Pietatis omnisque Honestatis Domicilium, Fons

etiam cum in S. Crucis, tum in S. Johannis Templo Vratislaviæ Canonicorum adscriberetur Collegio. Nondum autem senem, Anno ætatis 48, d. 10. Febr. An. 1538. mors auferebat; Vid. *Hankius* l. c. c. 75. p. 223. sq. *Cunradus* l. c. p. 198. *Meisnerus* l. c. Decade II. n. V.

XIV. *LVCAS EISENREICHIVS.*

Patritio sanguine progenitus fuit Vratislaviæ A. 1430. & Eruditione singulari condecoratus, Virtutibus famam, Meritis gratiam Procerum, ipsorumque Principum, imo Regum obtinuit. Hinc Anno 1464. factum, ut in Collegii Senatorii Ordinem receptus, tandemque concordibus Collegarum suffragiis Anno 1468. ad Præfecturam Ducatus & Vrbis Vratislaviensis evectus fuerit. Transegerat autem Annos 75. menses 6. dies 7. cum Ætatis suæ finiret tempus A. 1506. die 6. Maji; Vid. *Hankius* l. c. c. 53. p. 275. sqq. *Cunradus* l. c. p. 64. Die Müßigen Stunden P. XIV. p. 180. sqq.

XV.

Fons Literarum & totius Doctrinæ Augustus in Germaniam ſcaturiens & in totam viciniam abundans (o).

(o) *Balduinus* Dedic. Comm. in Ep. ad Romanos.

XV. *JOHANNES a KNOBELSDORFF.*

Gens *Knobelsdorffia* ex antiquiſſimis ſtirpibus in Sileſia floruit Viris undiquaque nobiliſſimis, ramosque produxit translatos in Boruſſiam, ex quibus *Euſtachius* prodiit Seculo XVI. Inclutus amœnioribus ſtudiis non minus, quam dignitatibus Eccleſiaſticis, quibus & in Boruſſia & in Sileſia fulſit, cum Warmienſis, tum Vratislavienſis Decanus. Cujus in Templo ſummo, D. Baptiſtæ ſacro, conſpicuum eſt hoc monumentum:

Knobelsdorffius hic Chriſti Phœbique Sacerdos,
Et genere & Muſis Nobilis Euſtachius.
Pruſſia quem genuit, claro ſed honore Decanum
Ad Viadri ſacras infula fovit aquas.

Confer de Eo *P. I. Miſcellaneorum p. 112. ſq.* Et ne nimis excreſcant Scholia noſtra, iis hic imponitur

FINIS.

VIII.

VIII.

Flammis cœlitus missis

DEFENSA VRATISLAVIA,

Id est:

Obsidionis Vratislaviensis a Tartaris, Anno a Partu Virginis millesimo, ducentesimo, quadragesimo primo factæ, & miraculosæ paulo post Liberationis divinitus secutæ,

Poëtica Enarratio,

Loco Gratiarum Actionis & Valedictionis solennis

Carmine Epico adornata,

ab

Abituriente e celeberrimo Gymnasio Magdalenæo Wratislaviensi, & ad Academica Studia se conferente

CHRISTIANO Sperling,

Lübbros. Lusatio,

In Æde D. Magdalenæ hucusque Chorali, & ejusdem Gymnasii Alumno

A. O. R. MDC LXV.

Wratislaviæ

Typis Baumannianis exprimebat Joh. Christoph Jacob.

VIRIS
Magnificis, Strenuis, Nobilissimis, Amplissimis & prudentissimis,
DN. PRAESIDI,
SENATORIBVS,
SYNDICIS &
SECRETARIIS,
Inclutissimæ Vratisl. Reipubl. Patriæ
Patribus.

VIRIS item
Plurimum Reverendis, Excellentissimis, Clarissimis & Doctissimis,
Ecclesiarum & Scholarum Augustanæ
Confessionis Vratisl.
DN. INSPECTORI,
PASTORIBVS &
DIACONIS,
Vigilantissimis, meritissimis,
Mœcenatibus & Patronis meis omni submissæ & debitæ observantiæ Cultu prosequendis.

QVod iis, qui in extructissimum aliquod, aut armamentarium, aut Gazophylacium, ad exigui recreationem temporis intromittuntur, evenire solet, ut, cum singula rimatiore oculo, accuratius pervestigare, Invidia horarum non concedat; præcipuum quoddam, in quo mentem pascant & oculos, opus sibi eligant: Idem & mihi, penitius in penetralia Encomiorum Vratislaviæ me immittenti accidere, invite patior. Vrbis situs & Amœnitas, aëris & Cœli salubritas, ædificiorum splendor, munimentorum firmitas, formæ gubernationis Commoditas, religiosi Cultus sanctitas, & sexcenta talia præcipuo laudis honore evehenda merito essent. Sed præ omnibus istis, in tanta ingenii mei tenuitate, ad pristini tantum temporis, & veteris cujusdam, insignis tamen facti recordationem excitare memoriam unice sufficiat. Ad Contemplationem nimirum Obsidionis Tataricæ, quæ præclaro quondam miraculo posteritati innotuit. Præclaro inquam. Nam laboranti tum temporis obsessæque graviter ab Hostibus Vratislaviæ æther militabat, & cœlitus

demiſſi ignes ſolatio auxilioque veniebant. Quippe cum Anno Chriſti 1240. prædatoria Tatarorum Natio, Ruſſiam, Moſchoviam atque Poloniam devaſtaſſent, aſpirante fortuna, ſequenti anno, quadrageſimo primo, ulterius in Sileſiam pedem proferre ſuſtinuerunt. Et cœci quidem furore aurique cupiditate, impetum primum in Vratislaviam, quam fruſtra totius Sileſiæ Gazophilacium eſſe opinabantur, faciebant. Quæ, quoniam pro ejus Seculi genio munitionibus nondum elaborata eſſet, a Civibus, defenſionem deſperantibus, atque in arcem, quæ editiori Inſulæ loco, ad S. Crucem ſita, cum ſupellectile & commeatu confugientibus, ne hoſtibus prædæ vel receptaculo eſſet, eſt incenſa. Barbari itaque ſpe tanta decidiſſe, male ferentes, obſidione arcem cingebant; Inde vero tandem flammis cœlo lapſis depellebantur. Campus certe ſatis amplus, in quo non ſolum dicendi infantia mea exercere ſe, ſed Catulli quoque ac Marones deſudare queant: Quanquam non tam exercendi, quam pietatem & gratitudinem debitam declarandi gratia, ſuſcepiſſe quicquid hoc eſt, æſti-

mari

mari velim. Namque memor tam benignæ hoſpitæ Vratislaviæ, memor itidem beneficiorum, quæ a Vobis, laudatiſſimis ejus moderatoribus & plerisque Incolis Vrbis hujus in me ſatura lance collata ſunt; non potui non in abitu meo grati animi aliquod indicium relinquere & pignus. Quod, quanquam ingenii acrimoniam nullam præ ſe ferat, pietatis tamen ſub nomine veſtrum conſpectum ſubire veritum non eſt. Placuit vero eo magis in hac materia ingenium fatigare, quia circa hoc ipſum tempus & Menſem Martium anniverſaria obſidionis hujus memoria recurrere videtur. Quippe nonus Aprilis denominati anni, prœlii illius fatalis, inter Henricum Pium, vere pium, Ducem Lignicenſem, & Tataros Lignicii commiſſi, ad quod Vratislavia depulſi e veſtigio Barbari properabant, recordatione inſignis celebratur. Suſcipite itaque, Viri Magnifici, Patres Patriæ, Eccleſiarumque Antiſtites, tenuem hunc ingenii mei fœtum, qui ut ex liberalitate veſtra conceptus eſt, ita ad vos illum quoque redire æquum putabitur. Accipite Carmen, rudi Minerva & filo contextum, cumque labor ipſe talis omnino quidem

 ſit

ſit, ut vel nihil, vel parum certe ad admirationem veſtram conferre poſſit, pietatem ſaltim & conatum ne reprobate. Accipite tandem gratitudinis publicæ pignus & obſidem, qui, cum nulla, tot tantaque beneficia a Vobis accepta, remunerandi ſpes relinquatur, de proclivi voluntate & animo prompto perpetuum perhibeat teſtimonium. Vobis, Viri Magnifici, Plurimum Reverendi, quicquid hoc eſt, offero, devoveo, cum voto calentiſſimo, ut toti Reipublicæ, Eccleſiæ, omnibusque vobis quam diutiſſime, immo perpetuo bene ſit! Vivite! Valete!

Amplitudinum & Reverendarum Dignitatum veſtrarum

Cliens devotiſſimus

CHRISTIANVS Sperling.

Breslia-

BResliacis Scythicam defenſam Numine campis
Sævitiem, & flammis uſtos cœleſtibus hoſtes,
Pandere mens geſtit: Vos O Clariſſima Breslæ
Lumina, quæ facili rerum tractatis habenas
Imperio, & juſtis fulcitis legibus Vrbem,
Annuite incœptis ſoliti pro more favoris.
Tuque adeo, Patris non enarrabile Verbum,
Quo ſine nil altum mens inchoat, exere dextram,
Atque vacillantem per ſecula priſtina greſſum
Dirige inoffenſo pede: Certas Tu mihi cauſas
Barbarici inſultus memora, ſemenque malorum.

Pulſa Superſtitio paulatim ceſſerat arvis
Fertilis Elyſii, plagisque ingentibus ægra,
Venerat unde olim ſuperas perverſa ſub auras,
Saucia membra trahens, patrium tendebat ad Orcum:
Multa gemens & multa piæ de Religionis
Vique dolisque quærens; quæ cœlo lapſa ſereno
Armis dejectam, regnis arcebat avitis.

Vaſtatura igitur multos crudeliter agros,
Jam Scythica horrendas Furias conceperat aula,
Jam totum cantat per regnum buccina bellum.
Vndique conveniunt Tatarorum robora pubis:

Omnes

Omnes arma volunt, hæc & rapiuntque trahuntque.
Ferrea aratra, ligo triſtes conflantur in enſes,
Terrorem telis addunt falx curvaque raſtra.
Inter quod Tanaim jacet atque Boryſthenis undas,
Arma fremit, fremit arma ſimul quoque vocis imago.
Plauſtra vagasque domus, bello gens effera linquens,
Cambalum properat, ſedes ubi regia Bathi;
Bathi, qui magnum contingens ſanguine Chamum,
Rex deſcendebat, regnique hinc tertius hæres.
Ac liqueſacta velut glacies, cum montibus altis,
Solibus æſtivis, detrudit vertice lymphas,
Quæ rapidis late complent torrentibus amnes

Objectos, æquantque ſuas jam flumina ripas:
Aggeribus ruptis, jam Nereus frena recuſat
Spumeus, & curſu fertur ſuper arva ſonante.
Non Cereris parcit ſegeti, Floræque Viretis,
Omnia diripiens, conſternens omnia fluctu.
Haut ſecus immenſum immenſa nequit amplius urbe
Agmen Barbaricum, Scythiæ nec fine teneri.
Plus ultra tendunt, Hircanum linquere portum
Eſt animus. Duras hinc aptant navibus alnos
Pars, alii obtendunt turgentia carbaſa ventis,
Explorant pelago pars victas ſole carinas,
Pars curvas ſcandunt puppes fulgentibus armis.

Et tuba jam ſignum dederat, cum littore denſas
Extemplo ſolvunt naves & vincula proræ
Rumpunt. Hyrcanus tunc undique & undique pontus
Sternitur aſſeribus validis ac arte cavatis.
Nereides vaſtos hominum mirantur in undis
Artus, & dorſo ſuſpenſas rite pharetras,
Imprimisque ferox ſpumat ſub pondere Nereus.
Hi freta vertentes remis, fluctusque ſecantes,
Omnibus incumbunt ripæ ulterioris amore
Viribus, & tandem læta potiuntur arena,
Egreſſis portu dederat mandata Dynaſta
Sævus, ne quisquam pecorique hominique Deoque

Parce-

Parceret: Vt pagos, ſylvas, hoſtiliaque arva
Vaſtarent flammis, telis, gladiisque cruentis.
Haut ingrata Viris fuerint quod talia juſſa,
Eventus docuit, docuerunt triſtia facta,
Pannoniæ ruptæ docuerunt fertiles urbes,
Lechiacique Lares (1): Teſtes vos regna propinqua,

(1) Fuit omnino hæc Tartarorum in Europam irruptio tempeſtati ſimilis, quæ vi procellarum obvia quæque perrupit ac proſtravit; Quæque irruptio A. 1241. Duce *Peta*, ſuperato ratibus ad Ratiboriam Viadro, in Sileſiam usque pervenit. *Battus* enim ipſe in Sileſiam non deſcendit, ſed *Petam* miſit, uti egregie *Schultzius in Monumento Gratitudinis HENRICO II. erecto* commonſtrat. Cauſam irruptionis vero ex vita S. Hedwigis MSta *Pohlius in Annal. MStis* ad

65. Quæ primum rabidas tinxiſtis ſanguine fauces
Tygribus iratis, urſis, ſeclisque luporum.
Teſtis tu Viader, Cæſorum ſanguine ſqualens,
Cujus iter rapidum tardarunt corpora cœſa,

Et

ad A. 1240. hanc fuiſſe prodit: Tartarorum Regis Conjugem, cum peregrinas terras Marito concedente inviſeret, ſpe prædæ ad Novum Forum, quarto ab Vrbe Vratislavia lapide, interfectam fuiſſe, quod cum Virgines quædam ex ipſius Comitibus domum aufugientes Regi cædem nunciaſſent, illum vindictam ſumſiſſe. Sed quod ita fabulam redolet, hoc tamen, obſervante *ILL. Sommero in Notis ad Bartholomæi Steni Deſcriptionem Sileſiæ p. 201.*, verum habet, Tartaris ex Sileſia recedentibus unam ex primoribus fœminis vel *Batti* vel *Petæ* uxorem occiſam fuiſſe, cujus ſpolia avorum noſtrorum memoria Neoforum oſtentabat.

Et quem ſacrilegæ ratibus conjungere gentes
Auſæ, quo porro ſtent argumenta furoris.

Muneris interea partes haut ſegniter explet
Fama ſui, cantatque diu noctuque pericla,
Quæ jam Sileſos circumſtent undique muros.
Tum Vratislai præ cunctis pergit ad urbem,
Vt miſeros doceat cives, quæ ſæva procella
Ex Oriente ruat, quam triſtia nuncia portet.
Breslæi Cives, clamat, dilecta Jehovæ
Pectora, ſub tantis audetis ducere ſomnos
Caſibus? An non quæ tangant vos fata videtis?
En ferus ille canis, Chamus, ſua clauſtra relaxans,

Sacra-

Sacrato gentes Chriſti de nomine dictas
Omnes juravit ſcelerata exſcindere dextra,
Veſtraque tecta petit. Fugite hinc, fugite ocius Euro.

Fiunt his monſtris extorres mentibus omnes,
Nec ſenio gravibus, nec longo temporis uſu
Excultis, nec queis alias ſapientia nupſit,
Conſilium ſollers confert prudentia Cordis,
Quo patriam eripiant obſeſſam mille periclis.
Non validus murus defendit ab hoſte penates:
Non portæ claudunt, non vallum mœnia cingit.
Namque hæc poſt multo demum ſunt tempore ſtructa,
Et poterat Breslam quisquam tum quærere in ipſa

Bresla,

Bresla, quippe humilis ſepes, vel pauperis olim
Congeſtum Tuguri ſuit illic ceſpite culmen,
Ingentes ubi nunc pinnæ & palatia ſurgunt.
Quid faciant igitur timidi? Quo turbine tanto
Acti ſe vertant? A quo ſolatia poſcant?

Haut procul a tectis miſerorum arx alta (2) recedens,
Turribus & magnis murorum molibus Vrbi
Imminet adverſæ, quam turgidus undique lambit

Gutta-

(2) Arx hæc regia a *Caſimiro* in Inſula S. Johannis extructa, cujusque adhuc veſtigia ſuperſunt, differt ab ea, quæ nunc Cæſarea audit, Patrumque S. I. Poſſeſſio eſt, & die Burck vocatur; Hæc enim *Caroli IV.* opus fertur; Vid. *Idem l.c. p. 214.*

Guttalus (3), & circumspumantibus alluit undis.
Sarmaticis Ducibus sedes gratissima quondam,
Quam Bojemorum neglectis mœnibus altis
Sæpe Wratislaum fama est habitasse potentem (4).
Hæc fit perfugium pressis, portumque Salutis,
Hic reperire volunt, his se defendere tentant.
Huc ergo tota properant ex urbe ruentes,
Hucque Lares referunt pulsos & pignora chara.

(3) *Guttalus* Plinio enim audit *Odera.*

(4) Bene addit *Sperlingius* noster: *Fama est.* Eo enim tempore, quo arx hæc extructa fuit, dudum inter mortales vivere desierat *Vratislaus.*

Sic genus aligerum, nigra cum ſorte ſuborta
Tempeſtate, polus tonat, aut micat ignibus æther,
Vel cum largifluis grando cadit imbribus aucta,
In nemus umbroſum fugit atque latentia ſaxa,
Sic levis a rabidis canibus deprenſus aperto
In Campo Cervus, curſu ſuper arva tremente
Fertur, & in lucis tandem ſe contegit atris.

Porro novæ ſubeunt curæ, quæ pectora tentant
Anxia, quo ſtudio defendant templa ſacrata,
Atque domus vacuas: Anne hoſtibus integra ſervent,
Quadrupedum haud dubie ſtabulum pecorique futura:

Anne ſuis manibus vertant ea cuncta, terantque.
Mente diu dubiis, potior ſententia tandem
Viſa eſt, ut flammas jaciant, facibusque penates
Abſumant proprios, & vaſtent omnia late:
Vidiſſes ipſos Dominos incendia ſæva
Miſcentes tectis, alias queis pellere quisque
Debebat: pueros vidiſſes atque trementes
Matres, propoſitum dirum cohibere volentes:
Vidiſſes, queis jura, Deus, naturaque ſuadet,
Viribus ac animis Patriam defendere junctis.
Sed res arcta jubet fieri hoc, penitusque neceſſe eſt.

Mercibus ejectis tumidus placatur in undis
Nereus, quæque gravis tendebat navis ad Orcum,
Pondere dejecto, portum hæc feliciter intrat.
Jactura domuum Vitas servare suorum
Bresla cupit, tristemque piis avertere Pestem
Civibus; hinc placuit Patriam subsidere in ignes.
Nec longum in medio tempus, cum mille carinis
Ecce procax liquidum Viadri Scytha trajicit amnem,
Exitium magnum portans tristesque ruinas
Elysii Populis. Et jam Dux improbus alto
Emersus fluvio, sævis exultat in armis,

Dumque

Dumque ſuas luſtrat vires, dumque explicat alas,
Immenſum quantum rerum fiducia creſcit.
Confertas acies videt, & fortiſſima Martis
Pectora, & innumerum numerum putat eſſe ſuorum.
Qualis, cum populis dives, ſceptrisque ſuperbus
Regnator Xerxes Aſiæ, deſcendit ad Vrbes
Græcorum, late ſuffundens milite campos,
Atque Deos ruit, atque ferox demittit ad Orcum
Millia multa Virûm: Sic ſe quoque *Bathus* (5) agebat,
Dum

(5) Vel potius *Peta*, *Bathi*, quem alii *Battum* vocant, Dux; *Battus* enim propriis auſpiciis Vngariam

Dum vaga per vaſtam contorquet lumina turbam,
Inſiſtens alto colli, ex quo voce tonabat,
Exacuens fera corda magis ſermonibus aſpris.

Hinc pergit ſtrictis gladiis exercitus omnis

---

toto triennio depopulatus cæſis aliquot Vngarorum exercitibus, usque ad Auſtriæ limites penetravit. Sed magnitudine & robore objecti ab Auſtriacis exercitus detentus, dum per interpoſitum flumen perrumpere ad Hoſtes annititur, verticoſi gurgitis rapiditate abſorptus interiiſſe traditur a nonnullis, quod alii tamen negant; Vid. *Chron. Carionis L. V. p. m. 823.* Eadem fere tradit *Barth. Stenus in Deſcriptione Sileſiæ p. 202.* de *Peta* duce, qui itidem in Danubii tranſitu periiſſe dicitur.

Atque furens animis, campis ſe immittit apertis
Sleſidos. Hic poſtquam facies eſt reddita Breslæ
Incenſæ, & vortex flammis ad tecta volutus;
Tum vero exoritur clamor, ripæque lacusque
Reſponſant circa & Cœlum tonat omne tumultu.
Forti quisque humero ſuſpenſum corripit arcum,
Adductoque jacit ſtridens haſtile lacerto,
In terram hoſtilem ferturque citatior Auſtro.

Quis tibi tunc fuerit cernenti talia ſenſus
Fare, age, Bresla: Pio gemitus quos traxeris ore:
Quasque preces lacrymas inter noctuque diuque

Fuderis, immanes premerent cum te undique gentes?
Cernebas torvas facies, cava lumina fronte
Torta ſub exigua cernebas: Horrida barba
Terrorem potuit quadratis addere monſtris.
Corpora quid memorem valida, ingentesque lacertos,
Queis nec Pulidamas certaverit? Ipſe Pyracmon
Robore cum Tataris decernens victus abibit.
Ante tuos oculos, mentem verſatur & ante,
Vox fera, trux vultus, veriſſima mortis imago.

Vſque adeo tantis monſtris obſeſſa Budorgis
Vrgetur, rabiesque ambuſtas deſtruit aras.

Quia

Quin etiam miſeros dictis inceſſere amaris
Rex ferus eſt auſus, dum talia nuncia miſit;

Quæ vos tanta tenet veſtri fiducia Chriſti,
Chriſticolæ? An quiſquam queat aut hominumve Deumve
Vel noſtras ſuperare manus, vel fortibus armis
Eripere obſeſſos? Cur Pannonas atque Polonos
Veſter non juvit Chriſtus? Cur vindice dextra
Non alias gentes defendit? Quos ubi primum
Vidimus, & ſubito palantes vicimus omnes?
Ilicet haut potuit, ligno ſuſpenſus amaro
Qui dudum periit. Tum ſi tamen inſula veſtras

Attollit mentes: Aut ſi vel mœnia caſtri
Dant animos, ſaxo cras irrita cuncta fleatis.
Nec ſenibus cani, nec vox miſeranda puellis
Profuerit: Lacrymans nequicquam multa rogabit
Mater: Vos juvenes feſſi moriemini in armis.
Quin quoque rimabor fœtus genetricis in alvo,
Mucrone infeſto: Rabies non ulla vacabit,
Qui fugiet ferrum vinclis indutus agetur.
Talia jactabat furiata mente Tyrannus.
At nox interea terram complectitur alis
Fuſcis, & carpunt animalia feſſa ſoporem.

Aſt

Aſt minime pietas, curis ingentibus ægra,
In dulces unquam declinat lumina ſomnos:
Paſſa comas, lacero ſubnectens Syrmate membra,
Per medium volitat caſtrum, ſtatione paratos
Vndique circumdat vigiles, timidosque malorum
Cives ſollicite verbis, ſolatur amicis:
Dilecti, triſtes, quæſo, dimittite curas
Pectore, non talem promiſit ſe fore nobis
Chriſtus: Non viduæ permittet dente cruento
Viſcera ſetoſis apris laceranda columbæ.
Auxilio metas tantum ne ponite Jovæ:

Ille ſciet lapſam penitus reparare ſalutem,
Expectare pios decet, & perferre pericla.
Vna ſalus preſſis Chriſti ſperare favorem.
Sic ait, & magnum premit anxia Corde dolorem.
Dein abit, & ſolam ſeſe in penetralia condit
Intima, pro charis ut Civibus intercedat
Ante Deum. Largis mox imbribus ora madeſcunt,
Defluit in terram ſubmiſſo poplite corpus,
Et flavos crines immundo in pulvere verrit.
Elevat aſt tandem duplices ad ſydera palmas
Singultuque tremens humili ſic corde profatur:

Omnipotens rerum genitor, cui terra polusque
Servit, cui Pontus paret Zephyrique potentes:
Qui quondam Pharii ſolviſti vincla Tyranni
Abramidum Collo: poſuit cui perfidus iras
Sanherib, & tumidus commiſit Belſaſar aulam.
En tua progenies, ſævis vexamur ab armis
Horrendæ Scythiæ. Nam perſtans dira minatur
Hoſtis, & inſidiis & aperto vulnerat enſe.
Exuit, en! regno nos, in quod tute locaſti,
Ethnica & impietas, triſtem damnata ſub Orcum
Auſpicio Chriſti, ſperat nunc poſſe reverti

In

In ſedes veteres: Hoc, hoc agit ipſe Silentûm
Princeps, hoc tentat Noctisque Erebique miniſter
Bathus. Non cernis, quantis hic viribus inſtet?
Non cernis, quantas furias conceperit amens?
Non quæ voce tonet, quæ juret mente ſuperbus
Audis? Quippe Lares noſtros, nos, noſtraque cuncta,
Funditus ac ima cupit ab radice revulſa.
Nec ſatis: Opprobriis auſus quoque ſcindere Sanctum
Chriſtum: nec ſanctam ſævis illudere verbis
Mortem ejus ceſſat. Cur, cum, pater optime, cuncta hæc
Cernas, vindictam premis? An non ignea mittes

Fulmi-

Fulmina confeſtim? Cur flammas continet æther?
Ah, tandem populi placidus miſerere miſelli!
Ne tumidi dicant hoſtes: Deus, en! ubi veſter?
En, ubi veſter agit Deus? En! ſperata recedunt
Auxilia? aut neſcit, vel non vult ille juvare?
Ergo, age, rumpe moras, blaſphemam perdere gentem,
Sancte Pater, propera, flammis exure phalanges,
Et confunde Viros, & noſtris ejice campis:
Nominis inde tui laudes, & facta manebunt
Inclyta, tum radiis ſol mundum pinget amœnis.

Has inter lacrymas noctis ceſſere tenebræ,

Atque diem roſeis invecta Aurora vehebat
Bigis, purpureus ſequitur ſol ipſe quadrigis.
Magna dies, magnis inclareſcenda Budorgi
Miraclis, priſcis quam nullum mentibus ævum
Eximet, & natis ſero memoranda futuris.

Jam Tatari expectant circum prætoria fuſi,
Quid jubeat Princeps, omnes vel vincere ſperant,
Vel tamen egregiam vincendo acquirere mortem.

Ille ferox animis, oſtroque inſignis & auro,
Dentibus infandum frendens, prorumpit in agmen
Et cuneos medios ſtantum, & ſic intonat ore:

Quid ſtatis pigri? Date ſcalas, ſcandite muros,
Ferte citi flammas, hoſtes configite telis:
Victores hodie jubeo mihi vel redeatis,
Vel non eſſe volo. Stimulis his percita ſurgit
Immanis Scythia & certat perfringere caſtrum.
Exultat campis, variis exercitus armis,
Exultantque vagi mediis in millibus ipſi
Ductores, ſtrictisque ſeges mucronibus horret
Ferrea, ſtridentes volitant hinc inde ſagittæ,
Et lapides fundis emiſſi mœnia pulſant
Caſtri, jam Cives nequeunt ſtatione teneri

Amplius in pinnis : hinc cominus applicat hostis
Scalas, atque quatit solidam muralibus arcem
Tormentis ; jamque ipsa dabat quassata ruinam.
Tunc vero audisses planctus gemitusque trementum,
Quippe inter sese plorantes brachia nectunt,
Et moritura brevi genetrix dat plurima nato
Basia, dilectæ patris circum oscula pendent
Filiolæ, atque Viri ter morti occumbere vellent,
Pignora tanta sciant si ponere tuta periclis.
Sic gremio amplexum satiat pro lacte puellum
Sanguineis mater lacrymis. Sic chara mariti

Vxor

Vxor in amplexus ruit, & negat inde moveri
Poſſe, nec horrendis armis, nec morte propinqua.
Omnes haut dubie cernunt inſtare ſuprema
Fata ſibi. Magis atque magis ſubſidere cernunt
Muros ac labi jamdudum caſtra ſalutis.

Hic Pater altipotens deſpectans æthere ſummo
Conatus Scythiæ vanos, iraſque minaces,
Ingemuit caſum miſerorum & fata Budorgis,
Jam modo ſurgentis primoque in flore cadentis:
Concepit juſtas iras, neque plura moratus,
Hoſtibus horrendum clamantibus, & modo in altum

Scalis elapſis, jam jamque tenentibus arcem,
Deſuper ex alto (mirandum) immittit Olympo
Ignitas pluvias tempeſtatemque flagrantem.
Ardens per piceam deſcendit plurimus imber
Nubem, graſſantur fumantes undique nimbi,
In Legione Scythæ: tum flamma globique ſonantes
Acrius infeſtant perculſos, arma virosque
Vrentes. Veluti cum vaſtas inter Eremos
Produxit Nemeſis flammantes igne colubros,
Ingratum Judæ populum qui dente ferirent.
Torquebant illi ſinuoſa volumina cunctis

Saltibus, & squamis subter præcordia lapsi
Sævo, nequicquam fugientes, ore necabant.
Haut aliter flammas spectant sævire per hostem
Breslæi, & præsens Numen venerantur Jövæ (6).

Vertit

(6) Hoc miraculum generatim piis omnium Precibus Silesii attribuunt; Ex quibus *Joachimus Curæus* in Annalibus ad Annum 1241.: *Tartari devastata Polonia accesserunt ad Vratislaviam, paulo ante Ferias Paschatis. Vrbs, quæ parum munita erat propter recentem conflagrationem, a Civibus fuit deserta. Importata sunt Bona in Arcem, Domus vero inflammatæ. Cinxerunt obsidione Arcem Tartari, sed frustra. Nam precantibus piis di-*

Vertit se rabies Tatarorum, arcemque relinquens,
Fertur in ardentes vano conamine flammas.

315.

cuntur Flammæ & Fulgura ex Cœlo cecidisse, & Tartaros late ambussisse atque terruisse. Ita divinitus repulsi sunt Scythæ ab Arce Vratislaviensi Precibus piorum. Nicolaus Polius in Hemorologio Silesiæ ad diem 1. Aprilis de Vratislavia, cum eam Tartaros invasisse dixisset: Die Stadt war nach erlittener Feuers-Brunst, noch weder von Holtzwerck erbauet und befestiget: Darzu nicht sonderlich Volckreich, und wider feindlichen Anlauff nicht genugsam verwahret. Derowegen die Bürgerschafft und Einwohner die Stadt verlassen, ihre beste Sachen auf das

Schloß

Quoque magis properant Vulcanum extinguere fonte,
Hoc magis ille furit. Sic calx scintillat ab undis,

Sic

Schloß und des Hertzogs Sitz, auf des heiligen Creutzes Burg, hart an der Oder; auf dem Thumb gelegen, jetzund *S. Martin* genannt, zusammen getragen und geflüchtiget, und die leere Stadt, damit sie nicht möchte der Feind zu seinem Vortheil brauchen, selbst in Brand gestecket. Umb das Schloß haben sich die Tartarn hefftig angenommen, dafür gelagert und ernstlich gestürmet. In solcher Noth haben die bedrängten Christen (darunter *CESLAUS* der erste *Prior* des Closters zu S. Albrecht auch gewesen) mit Weinen und

Sic oleum luci morituræ magmina confert.

Atque igitur ſuper unica erat fuga, ſuave ſalutis

Subſi-

Klagen zu GOTT ängſtlich geſchrien und andächtig gebeten, um gnädige Hülffe und Errettung: Darauf iſt eine feurige Seule am Himmel erſchienen, davon es weit und fern ſehr lichte worden. Darob die Tartarn ſehr erſchrocken, ſich eines ſchädlichen Feuer-Wercks aus dem Schloſſe befürchtet, und am Oſter-Montage eilend aufgebrochen, abgezogen, und auf Liegnitz verrucket ſind. Etliche ſchreiben, daß Feuer-Flammen vom Himmel herunter gefallen ſind, die unter den Tartarn herum gelauffen, ſie verſenget, gebrennet

Subſidium, neque tuta tamen, quia latius arva
Inſedit torrens flagranti flumine, qui mox

Incerto

---

brennet und erſchrecket, und alſo von des Schloſſes Belagerung verjagt und abgetrieben haben. Poloni vero hoc ipſum unius CESLAI Precibus adſcribunt; Ex quibus Matthias Mechovius in Polonorum Chronico L. 3. c. 39. de Tartaris: *Et in Wratislaviam perrexerunt, quam ſimiliter, ut Cracovienſem, deſertatam Habitatoribus, ſed & conflagratam Habitationibus reperientes. Cives etenim Wratislavienſes Pavore conſternati (fere omnibus relictis, pretioſioribus duntaxat feſtine raptis) fugam inierunt: Quod Gentes Ducis Henrici videntes, deſcenderunt, & Opes cum*

Incerto motu, nunc hos, nunc vulnerat illos.
Quis nobis, clamant vesani, concitat istam

Pestem?

cum Victualibus in Arcem inducentes, Vrbem cum tectis ejus Flammis exusserunt. Tartari in Vrbe nihil reperientes, Castrum vallarunt, & post aliquot Dies Obsidionem solventes, (ut ajunt, Orationibus & Lachrymis CESLAI, Prioris Ordinis Prædicatorum, & Fratrum ejus in Castrum admissorum) depulsi recesserunt. Martinus Cromerus de Polonorum Rebus Lib. VIII. ad Annum 1241.: *Tattari vero continuato Cursu ad Wratislaviam, quod Oppidum Oræ illius primariam esse acceperant, festinarunt: Verum id incensum repererunt. Oppidani namque cognito Adventu Barbarorum,*

Peftem? Vah, nobis tantas infligere
clades
Quis potuit? Deus, ecce Deus de-
fcendit ab axe

325.

rum, Munitione Oppidi diffifi, fupellectili fuo, frumento, & Commeatu cætero in Arcem comportato, id reliquerant: Milites vero, qui in Præfidio Arcis erant, vacuum, ne Hoftibus prædæ vel receptaculo effet, incenderant. Quamobrem indignati Tattari, Arcem obfederunt. Sed fruftra confumtis Diebus aliquot, cum obfeffi ad longiorem etiam obfidionem perferendam non imparati effe viderentur, irrito Cœpto inde fimiles fugientibus abierunt: divino, ut poftea compertum eft, Oftento perterriti, quod fuit hujusmodi: CIESLAVS unus de Comitibus Ivonis Epifcopi Cracovienfis,

Romæ

Stellifero: Deus, ecce ruens incendia miſcet
Iratus: fugite ah! fugite hinc! fugite ocius Euro,

Ne

Romæ Divi Dominici Vitæ inſtitutum profeſſus, præerat Conventui Vratislavienſi apud Divi Adalberti. & ad primum Tumultum cum cæteris Sodalibus in Arcem confugerat. Eo igitur jugibus Precibus & Lachrymis Dei Miſericordiam & præſentis Periculi Depulſionem implorante, ecce, Columna ignea cœlitus apparuit, & ſtativa Tattarorum, omneque Territorium ingenti atque terribili fulgore colluſtravit. Hoc miraculo barbari perterrefacti, nihil cunctati Obſidionem ſolverunt. Hinc quoque poſt mortem ejus in Adalbertino Vratislavienſium Cœnobio hoc a Poſteris Monumento legitur

Ne prior infesto Deus omnes obruat
igne!
Sic timor ingentes ingens inva-
serat artus,

Semi-

gitur honoratus : *Beatus CESLAVS, Natione Polonus, Patria Oppoliensis: unus de primis fratribus, qui receperunt istum locum pro Conventu, Anno M. CC. XXVI. Secundus Provincialis Poloniæ, Vir magni Meriti apud Deum: qui quattuor mortuos suscitavit, & hanc inclutam Vrbem Vratislaviam ab incursu Tartarorum suis Orationibus liberavit A. M. CC. XXXXI. innumeris Miraculorum Generibus tam in Vita, quam post mortem usque in hodiernum diem coruscans. Obiit Anno M. CC. XLII. hic in Ecclesia sepultus.* Elogio pari condecoratur apud Suidnicenses in S. Cru-

cis

Seminecesque Virûm linquunt ambustaque membra,
Atque omnes fugiunt tremebundi haut Numine dextro,

Bres-

cis Templo, ad Effigiem: *Beatus CESLAVS, Natione Polonus, Frater S. JACINTI, S. Dominici Discipulus, secundus in Polonia Provincialis, & Conventus Ordinis Prædicatorum, ad S. Alberti Vratislaviæ, primus Prior, unus de primis Fratribus, qui receperunt istum locum pro Conventu, Anno Domini M. CC. XXVI. Vir magni Meriti apud Deum, & innumeris Miraculorum Insigniis in Vita & post Mortem coruscans, inclitam Civitatem Vratislaviensem ab incursu Tartarorum suis Orationibus liberavit. Anno Domini M CC XLII. ibique sepultus.* Conf. *Hankii Silesios*

lesios

Bresliacosque levant immani pondere campos.

SOLI DEO GLORIA!

---

lesios Indigenas Eruditos c. 5. p. 18. *sqq.* & P. V. der Müßigen Stunden p. 101. seqq.

FINIS.





